



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Liber. Secvndvs Ab Hercvle.  
Vincemala. Collegii Mediolanen. iuriscon. latinè scriptus. Ad camillvm.  
Castellionævm Senatorem Mediolanen.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MARIAE  
VIRGINIS  
SACRATISS.  
MIRACVLORVM

LIBER. SECVNDVS

AB

HERCVLE. VINCEMALA. COLLEGII  
Mediolanen. iurifcon. latinè scriptus.

AD

CAMILLVM. CASTELLIONAEVM  
Senatorem Mediolanen:



MEDIOLANI,  
*Apud Paulum Gotthardum Pontium.*

∞ MD LXXIX.



MIRACULORVM  
MARIAE  
VIRGINIS  
SACRATISS.  
LIBER. SECVNDVS  
HERVLEVINOMATA. COLLEGI  
CAMILIVM. CASTELLIONAVM  
Sensorem Medicinæ



MEDICINA  
Apud Paulum Gottfridum Pomeranum  
MDCCLXXIX.



CAMILLO  
CASTELLIONAEO  
SENATORI  
VIRO. AMPLISS.



HERCVLES. VINCEMALA  
Iurifcon. S. D.



VM mihi, omni aditu praesepto, erumpendum sit in confertissimum obtrektorum agmen, qui districtis gladijs in me impetum facere parati sunt; animum, uir clarissime, desponderem, nisi firmis propugnaculis auxilia vndiq. prius viderem comparata. Illibatam. n. Dei parentem contestatus sum, ut secundi huius libri scriptio mihi feliciter eueniret. Eius manfuetudo, quae adeò mirabilis est, ut quocunq. se uertat, omnium conuertat animos, ac mentis, tam acreis mihi stimulos admouit; ut

N 2 iam



iam ad finem librum ipsum perduxerim. Sed is in lucem minimè prodire audens, nisi aliquo praesidio sit septus, ac videns superiorem libellum tanto defensore suffultum esse, ad te vltro confugit; & te, qui nunc in tanta gloriae luce, atq. in tanta nominis celebritate uiuis, sibi patronum aduocat. tuum autem hoc patrocinium uel summorum principum clientelis dulcius, ac iucundius erit. Quòd si tu ei, qui se tuae fidei permittit, subsidio eris; ad referendam tibi gratiam illam, cui is consecratus est, inuocabo. Si mihi dux eris, nemo ad alia properantem prohibebit, aut iter demorabitur. Licet. n. omnia nunc odio, atq. inuidia laborent; nunquam tamen ab instituto meo recedam; sed rectis studijs contendens, in ea animum intendam, in quib. impensius laborasse, & multum studij adhibuisse, suaue erit. Atq. utinam ea praestare possim; quib. non prorsus indignus, qui huiusmodi res aggredere, fuisse videar. Dilatetur aliorum gloria in prodendis posterorum memoriae hominum laudib., dum inde caducum, & fragile praemium expectant.

Eos



Eos ego aemulari non exopto. Nam, si ad illa tantummodo adhaereamus, quae longinquo aevo fluunt, & quae ex oculis nostris uetustas subducit; nihil non atra caligine circumfusum reperiemus. Quinimmo, dum nos in cursu a tergo mors insequens improvisos, & non opinanteis adsequitur; non clam nobis erit, nihil hic esse perpetuum, nihil, quod non prius, quàm datum, ademptum sit. Inueterascunt, extinguuntur, cadunt omnia. Itaq. nos diuinis, immortalibusq. ius factis ad scribendum REGINA illa inflammet; cuius splendore sol, cum per terrarum orbem clarius radios fundit, vincitur; cuius lux, ut exoriens aurorae nitor ex animis nostris quascunq. tenebras discutere potest. Hinc nobis huiusmodi praemia ferre licet, quae non carie, aut situ consumuntur; quae nunquam in eruginem incidunt. Ipsa, quae diuini spiritus ictu saucia immotos in filium oculos tenet, in id lumen, quod nullis vnquam nebulis, aut nimbis adspersi potest, nos conatur extollere. De te autem amplissime CASTELLIONAEE, non dubito, quin hosce meos labores



labores ea animi propensione sis complexurus; qua in Mediolanensi ditioe iustitiam tueri soles; cuius tam acris es defensor, ut inde tibi in coelum ad beatorum concilium, ac coetum viam munias. Quòd si aliquando ab earum rerum fluctib., in quib. etiam grauisimi uiri saepe tempestate reiecti cursum tenere non possunt, ad miraculorum lectionem vacuo animo diuerteris, leni remorum pulsu, licet maximè ventus faeuat, commodissimo hoc traiectu, tranquillissimum portum attinges. E pectore solues animi curas, perspiciens, quàm saepe, quàm benignè mortalib. candida illa lux effulserit, in qua nouem mensis sol ille commoratus est; cuius lumine complentur omnia; cuius splendore nihil est, quod non perfundatur, & pelluceat. Ut à tot, tantisq. occupationib. aliquando conquiescas, ac respices, miram hic tranquillitatem, ne minima quidam aura fluctus conciente, inuenies. Vale. Mediolani. Kal. Sextil. ∞. IC. LXXIX.



103  
MIRACVLORVM

VIRGINIS

LIBER. SECVNDVS

AB. HERCVLE. VINCEMALA

latinè scriptus.

MIRACVLVM PRIMVM

*Regina coeli auxilium affert, cuiusdam Imperatoris uxori,  
quae innumerabilib. malis, & angustijs circumuallata erat.*



ROMANVS Imperator, cui pudicissima erat, & nobilissima uxor, maximo desiderio accensus fuit Christi sepulchri, & aliorum locorum, quae religione ueneranda erant, uisendorum. Reb. omnib. ad peregrinationem comparatis, adprobante uxore, quam interim germano fratri commendarat, discessit. At perfidus frater, à mulieris eleganti forma oculos minimè continens, adeò eius insano amore correptus est; ut pudoris freno perrupto, non ueritus fuerit, illi palam proferre, quàm turpi flamma exarderet. Ab eius honestate propugnanda cum minimè animum posset cohibere; & iam pluries eius furores castissima matrona repressisset, tandem, ut se ab illa molestia eximeret, ipsa dixit diem, qua simulauit, se uelle nefarij amatoris libidini

dini



dini obsequi. altam igitur turrim preciosa suppellectile parari, ministrosq. ibi adesse iussit. Aduenerat iam praestitutum tempus, quo clam, & priuatim turrim conscendere oportebat; & quo constantiam pudicissimi animi scelestus uinci posse, pro certo habebat. Verum, cum ipse prior turrim ingressus fuisset, illo ibi dedita opera, una cum ministris, qui inferuissent in cluso, Imperatoris pudica uxor ad urbem, & imperij gubernacula animum adiunxit; sub cuius imperio Romae usq. ad mariti reditum solida pax, & tranquillitas data est. Abfuit Imperator integrum quinquennium; cuius aduentus cum appropinquaret ipsa edixit, ut illi primores, ac nobiles omnes obuiam congregerentur. Vrbe maximo apparatu mirifice ornata, leuimum e carcere emisit, uti fratris aduentum & ipse honestaret, & hilariter exciperet. illum squalidum uidens Imperator, quinam illud euenisset, percunctatus est. At scelestus falsi criminis culpam in castissimam feminam, fictas lacrymas exprimens, transtulit; seq. in turrim detrusum fuisse aiebat, quod immoderatam eius libidinem explere noluisse; quae se se omnib. passim prostituere consueuerat. Illis uerbis paene exanimatus est Imperator. Postero die, ubi Romam aduenit, aduentum uxor gratulas, illum amplexari, & osculari coepit. Sed ipse illi in faciem pugnos impingens, eam e conspectu iussit abire; seruisq. imperauit; ut illam quandam in insulam perductam ibi enecarent. Postquam ad eum locum deuenere, in quo miserae uita erat adimenda, carnifices eius pulchritudine capti, antequam occideretur, castissimam feminam turpis a dulterij probro inquinare statuerant.



statuerant. Sed ipsa moestas querelas ex imo pectore profundens, ad Deum, Virginemq. statim manus extulit. Quare illi subito diuinitus auxilium allatum est. Illac. n. nobilissimus heros pertransijt, qui Romae uisis sanctissimis Apostolis, peregrè domum redibat. Is, ubi mulierem, pro pudicitia acriter cum scelestis decertantem uidit, eam ex illorum manib. eripuit. Infelix se eius uiri potestati totam addixit; modò illinc, integra castitate, liceret discedere. Ea re impetrata, tanti boni auctorem, illum heroem sequitur; & ab eius uxore humanissimè excipitur, eiq. alendus, & educandus filius datur. Haec tota in Dei cultum cōuersa, creditum sibi puerum, loco filij amabat. Neq. uerò hic immoderata Satanae libido repressa est; qui nullum finem facit insidiarum miserae collocandarum. Eam. n. deperire incipit ipsius heri frater; qui nihil intentatum relinquebat, ut cum ea matrimonio iungeretur, eiusq. animum quotidie pollicitis flectere studebat. Illud autem à muliere responsum tulit: quia herilis frater erat, non posse non à se puro, ac sincero animo amari; sed esse à nuptijs mente penitus aliena. Videns ergo, se non posse ulla uia, quod cupiebat, capere; crudele consilium contra miserā inire incepit: ut uel è fraternis aedib. extruderetur, uel maximum aliquod eius uitae periculū inferretur. Quare, impio Satana duce, & impulsore, noctu, cum omnes graui somno oppressi in utramq. aurem dormirent; ad illam dormientem accessit, eiusq. in amplexu, & sinu fratris filium crudeliter iugulauit. ibiq. in mulieris manu gladio relicto, abiit. Fluebat in lecto sanguis, quo ea imbuta, somno soluta est; & mortuum



tuum puerum reperiens, clamore aedeis repleuit. Cum tota familia illuc parentes concurrentes, qui mortuum, & cruore conspersum filium propè mulierem inuenere, quo animo esse deberent, conijcite. Demum & ipse caedis auctor aduenit, sicè lacrymas, uixq. ab innocentissima potuit manus continere. Sic ergo ita fratrem allocutus est. Tu scelestam hanc alibi morti ob innumerabilia scelera iudicatā huc adduxisti; nunc uides, quam dignum tibi praemium re- pendatur. Tu eam nunc sines impunè abire? neq. improbissimam, ac crudelissimam, uti promeretur, comburendam statues? Verum tam spectata fuit in illo uiro, & uxore clementia, ut minimè, pro scelesti amatoris libidine, contra illam saeuire uoluerint. Eā iccirco in proximo portu nauatae crediderunt; ut in disiunctas regiones adueheretur. E portu soluta nauis iam in altum longè abscesserat, cum eius pulchritudine nauatae allecti, blanditijs, ac minis, omnia obnixè fecerunt; ut illam in sententiam suam traherent. Quia autem uidebant, constāti matronae animo decretum esse, ut potius moreretur, quàm ulla afficeretur labe; eam propè littus in eminenti loco collocarunt; solaq. ibi deserta est; ubi totam noctem iacens, inedia fessa, & quia ad multam noctem uigilarat, postero mane somno opprimitur. Visa est ergo, ita loquentem Virginem audire. postquam tot mala perpessa es, ut tectam ac puram castitatem conseruares; scito, neminem posthac ullo tempore tuam pudicitiam attentaturum: efficiamq. ut omnib. innotescat, contra te latis sententias, semper fuisse iniustas. Collige igitur ex hac herba, super qua procumbis; cuius suc-

[ ]

O

cum



cum quicumq. biberit, Christi nomine prius inuocato, si forte is elephantiacō morbo laborauerit, illo emūdabitur; ita ut Deum medicinam fecisse iudices. experrecta mulier, illo infomnio laetissima, Virgini gratias agens, ex illa herba cuius nunquam similē uiderat, tantum collegit, quantum satis erat, ad chirothecas implendas. Paullō post illac quidam nauī transeuntes, quasi à Deo missi, matronae oris augustā effigiem contuentes, auditaq. eius calamitate, miseratione adducti illam in proximum portum secum peruehunt. Ibi oblatus homo illo morbo laborans à muliere eius herbae succo statim sanatur. Eius rei fama ad eam ciuitatem peruaserat in qua diuino iudicio, eo morbo affici coeperat impius ille, qui fratris filiū occiderat. Maximo igitur studio perquisita ad illum heroem se contulit, à quo è carnificis manib. erepta, & diū honestissimè tractata fuerat. In incogniti habitus formam, ne à quoq. nosceretur, se se illa mutauerat; cum qua heros suppliciter egit, ut fratrem aegrotantem curaret. Id factū facillimum esse, ipsa respondit, eamq. ob rem se operam sedulō daturam, pollicita est. Sed necesse esse, dicebat; ut aegrotās coram septem testib. antea dtae uitae suae rationem exponeret, peccataq. omnia proderet. Patefecerat ille omnia, praeter fratris filij necem. Monuit eadem nihil fieri posse, nisi uerè, & ex animo pura omnium confessio esset secuta. Illud. n. primum quaerebatur, ut cuiuscunq. sceleris labes elueretur. Ad id aegrotum frater ualde hortabatur; ut, uel siquid contra se admisisset, fateretur. Flens miser, inauditum, & atrox scelus detexit. Quod audiens frater obstupuit; &



ubi se è grâui dolore recepit, testatus est, se non mi-  
 nus uicem dolere matronae illius, quàm proprij filij  
 caedem. Continuo ipsa, quae incognita erat, ne te  
 afflictes, inquit, here, ne ue causa mea excrucieris.  
 adsum illa, cuius in complexu crudelis patruus pue-  
 rum occidit. Contra illum à me nullum odium exer-  
 cetur; sed pro malo bonum rependam. pristinam ua-  
 letudinem ille sibi restitutam statim persensit. maxi-  
 mis deinde precib. cū illa actum est, ut illic moraretur,  
 ac se se matrimonio cum illo iungeret, quem tam  
 immortalis beneficio affecerat. Illud ipsa expressè  
 negans, paucis post dieb. Romam peruenit; ubi innum-  
 erabileis eo morbo contabescenteis sanauit. Id  
 Imperatoris frater intelligens, qui illa lue afflicta-  
 batur, mulierem iussit accersiri. Is patefactis cri-  
 minib. omnib. & praecipuè contra ipsam patrato  
 delicto, subito conualuit. Quod cū perlatum fuis-  
 set ad Imperatorem; & ipse, & ceteri omnes ciues  
 ualde tristabantur, perspicientes ex ijs, quae sceler-  
 tus ediderat, quàm impiè, & crudeliter cum inno-  
 centissima uxore actum esset, illam iamdiu à seruis il-  
 lis obtruncatam fuisse existimantes. Eorum moero-  
 rē, & lacrymas diutius ferre non poterat mulier, quae  
 statim dixit, illa sum, quam uos uti defunctam de-  
 fletis, quae misera falsò accusata, morti etiam dam-  
 nata fueram. Solidum igitur omnes gaudium gauisi  
 sunt. Ac tot infortunijs iactatam, pudicissimam mu-  
 lierem, Imperator uxoris, ciues reginae loco iterum  
 adsciscere decreuerant, illam quasi à morte exsusci-  
 tatam sibiq. restitutam uidentes. At ipsa, quae in illis  
 infortunijs, Deo castitatem uouēs, coelibis uitae ge-  
 nus



nus sibi delegerat, de consilij sui ratione pontificem certio- rem fecit. Tibi, inquit, optime pastor apud Deum ratio reddenda erit, si pluris imperatorem, quam Deum faciens, me sacra uitta exornare distuleris, quae Deo futurae uitae meae castitatem sacra- ui. eius uoluntati morem gerere nil moratus est pon- tificex.

## MIRAC. VIRG. II.

*Metu, ac mortis periculo praegnans mulier, maris fluctib. iactata, liberatur.*

**D** Michaeli maximum templum extructum erat, in loco, qui uasto, apertoq. Oceano cir- cundabatur. iccirco eius adeundi, ob inge- teis maris aestus, maxima erat difficultas. Sed bis quotidie aestus minuebatur; ita ut, qui illac trāsibāt, per siccum littus, eo tempore iter haberent. Quia autem saepè maximo impetu illic se praeruptū mare incitat; uiatores incautos quādoq. deprehendere con- sueuit. Fortè D. Michaelis festus dies celebrabatur, quo illuc multi concurrebant; inter quos grauida mu- lier, & partui proxima erat. Cū iam in media il- la arena essent, repenti iratum mare coepit fluctua- re; & cū ceteri omnes effugissent, sola ibi mulier relicta est. Qui è mortis periculo euaserant, eam il- lic uersantem intuebantur; eiusq. miseratione addu- cebantur, quae pallida ad coelum manus tollens, Vir- ginis, Michaelisq. auxilium implorabat. Illi in mor- tis metu uersanti regina coeli è coelo dilapsa obuiā  
se



se dedit; atq. in mediis undis, propriis uestib. ita mulierem texit, ut nullibi eam uuidam diceres. Quare non solum tutò in ipsis fluctib. filium peperit; sed etiã usq. ad maris decessum ibidem morata est; quae postea in sinu illic editum infantem gestans, in sudum rediit: & quae sola à turbida tempestate intercepta fuerat, una cum filiolo, candida, & lucida maris stella ducente, fluctus deuittauit.

## MIRAC. VIRG. III.

*Militis uxor insania, ac furore percita; reuocatur à Dei parente ad mentis sanitatem.*

**M**ilitis uxor praegnans, quae noctu uiderat in somnis militare signum sanguine cruentatum, somno soluta insanire, & cum marito deliramenta loqui coepit, quae audiens ille obstupescibat. Misera igitur eò dementiae adacta erat, ut uidere uideretur christianam religionem, quae illucisq. sibi inter ubera uersata fuerat, illinc discedentem. Sic. n. infelix à Satana decipiebatur, qui eius animam in eam calamitatem trahere conabatur, in quam ipse incidit. amici aegrè mulieris infortunium ferentes, pro ea innumerabilia uota suscipiunt; eamq. in infinita beatorum templa perducunt, ut illorum precib. à Deo miserae sana mens impetraretur. Praeter cetera totam noctem excubias in Trinitatis templo celebrant. Sed nec eo tempore Deus opt. max. uoluit, ut uoti sui compotes fierent; quia decreuerat, ut eius salutis gloria Virgini seruaretur, quia uerò  
caco-



cacodaemonib. oppressam illā esse existimabant; eandē sacra adspersione conspergebant sacerdotes, adiu-  
rationib. impios cacodaemones expellere nitentes;  
& ut sana mulier fieret, eam maxima cura curabant.  
Sed indies morbus ille magis ingrauescebat. Praete-  
rierat iam annus, postquā insania fuerat percita; adue-  
neratq. Virginis purificationis dies. Quare in templū  
quoddam, quod coeli reginae nomini in uasta solitu-  
dine à Graecis extructū fuerat, deducta est. Illic totā  
noctem morata, sanctissimae Dei matris pietate, cu-  
rata est; quae postea uia cum marito tantae pietatis  
summis laudib. celebrandae, nullum finem facere  
unquam desit.

## MIRAC. VIRG. IIII.

*Monachus cacodaemonis impetum refugit; & ab ebrietatis  
uitio, in quo diu peccauerat, ad miram sobrietatem desciscit.*

**C**Oenobita, qui sanctē, & augustē Virginem ve-  
nerabatur, cellae uinariae praerat. is, cum  
plusculum se se in bibendo inuitasset, omni-  
no appotus, & ebrius arctius dormire incepit. Vbi ex-  
perrectus est, ad templum properat; eiq. Satan occur-  
rit, tauri formam habens, & cornib. miserum uelle fo-  
dere asimulat. Interim pulcherrima Virgo uisa est,  
cui sparsi erant per humeros capilli, quae belluam uo-  
ce deterrens, ē monaci conspectu eam abire iussit.  
Properabat ipse recta ad templum, dum se cacodae-  
mon in canis imaginem cōuertit, qui ipsum dentib.  
& acri morfu petere uelle uidebatur; sed eundem ea-  
dem



dem adolescentula abire coegit. Iam uerò ingressu  
 rus erat templum, cum ferus aduersarius facui leo-  
 nis similitudinem habens, monacum deuorare nite-  
 batur. Vno autem momento aduenit Virgo, quae  
 teterrimam belluam uirga fugauit. Quare repente  
 uti umbra euanuit. Miser timore percussus, ubi  
 à Virgine manu prehensus est, ad se statim redijt non  
 aliter ac si nunquam fuisset ebrius. illum, ipsa in lectu  
 comitata est, sanctissimaeq. crucis signo eius fronti  
 impresso, amanter monuit; ut postea ab immoderato  
 potu abstineret, ebrietatisq. illius peccatu sacerdoti  
 amico patefaceret; & ad expiandum crimen, ea, quae  
 ab ipso sacerdote fuissent iussa praestaret. quaesuit  
 monachus, quaenam esset, qui ubi eam esse Dei parentem  
 rescium, sanctissimis eius pedib. se prouoluit, ut eam  
 moraretur, sed Virgo statim in coelum conscendit. De-  
 beret omnes, ac praecipue qui Deo religione conse-  
 crati sunt, non modo ebrietatem effugere; sed etiam  
 uino temperatius uti; quando illo uires animi, &  
 corporis eneruantur, luxuriaq. coalescit. Quod si ul-  
 tro facere parati erimus; nostrum erit Virginem ob-  
 testari, ut hoc nobis à Deo impetret.

## MIRAC. VIRG. V.

*Cum Deus ob grauissima hominum delicta ira exardens, or-  
 bem terrarum funditus euersurus esset, matris precib. placatur.*

**A**Rdentissimo animi desiderio, incredibili di-  
 ligentia, & studio, ordinis sui confirmatio-  
 nem à Deo, & Pontifice maximo D. Domi-  
 nicus



## LIBER SECVNDVS. 113

nicus impetrare, conabatur. Noctu eam ob rem Romae in templo precationi propensissimè incumbibat. Ibi Christum seruatorem nostrum uidere uisus est, qui contra hominum genus treis hastas, quarum acutissimae erant cuspides, uibrabat, ac contorquebat. Ante filij pedes prostrata erat sanctissima parens, quae cū ipso ardentissimis precib. agebat, ut eos conseruaret, ut erga illos misericordia uteretur, quos sanguinis sui pretio coemerat, grauitatemq. iustitiae, clementia, & pietate leniret, ac temperaret. Piae parenti filius ita respondere uidebatur: non ne uides, ò Virginum decus, quàm multa in me homines foeda, & intollerabilia admittat? & quàm crudeliter quotidie me in cruce scelerum suorum grauitate iterum suffugant? Non fas est, mater, longius tot criminum poenam differre. Illa uerò, inquit, ò fili, coeli rex sempiternae, non me latet, tibi, cui omnia aperta sunt, notū esse, qua ratione miseri ad melius uitae genus reuocari, & perducī possint. Fidissimus uir mihi praesto est, qui me ex animo colit; hunc tu mittas per uniuersas orbis regiones, ut nomen tuum ubiq. diffundat; ut christianae religionis cultum per omnes gētes propaget; erranteisq. tuum ad cultum, & ad catholicam pietatem retrahat. Nunc tibi obsequi, omnino mihi decretum est; ò coeli regina, inquit filius, iramq. omnem & odium lenio, ac remitto; sed scire cupio, quinā illi sint, quos ad hominum animos conuertendos tam idoneos esse existimas. Illi Virgo D. Dominicū obtulit, quem Christus ad eam rem, aptissimum esse, affirmauit. Praeterea, cū eadem D. Franciscum ostendisset, eius in ea re industriam, & operam utilissimam

P futuram,



futuram, testatus est filius, oculos igitur Dominicus eo tempore in oblatum sibi Franciscum, quem nunquam ante uiderat defigens, postero die, eius somnij imagine, illum de facie nouit; eumq. osculans, & amplectens, sibi socium, & amicum adsciuit. Quinimò illo tempore mirabilis inter eos animorum, & studiorum coniunctionis, firma iacta sunt fundaméta; & ex exposito somnio, maximam animi laetitiam Franciscus concepit: sanctiq. uiri animo germani facti sunt.

## MIRAC. VIRG. VI.

*Filij animum Virgo precib. suis mollit.*

**G**uilielmo sacerdoti, cui diuinitus coeli secreta quandoq. aperiri consueuerant, hoc etiam nunciatum est, de quo tacere nefas, ac turpe esset. Nam is totum diem precationi incubuerat, extasiq. perductus, ante Christi tribunal adstare uisus est. propè iudicis dexterum latus, Angelum, tubam gerentem conspexit, què iudex allocutus est aperte, coelestib. omnib. audiētib.; iussitq. ut tuba personaret. Id cum ipse statim praestitisset, ita horribilis fuit eius sonitus, ut terrarum orbis totus contremuerit. idem ut faceret, iterum imperat. Sed pia, & misericors Virgo, ad eius pedes deuoluta, illum etiam, atq. etiam obtestata est, ut iudicium illud differret; & hominum genus misericordia sua complecteretur, ac conseruaret. Respondit filius, quotidie homines, mater, in peius ruunt, meq. ita eorum scelera cōmouent; ut nec sententiam differre, nec illis parcere decreuerim.



rim. Non modò. n. illi, qui sacris ordinib. addicti non sunt, sed etiã qui mihi religione sunt consecrati quotidie grauisime peccant, meq. indies magis, magisq. laedunt. Tunc Virgo, leni odium, inquit, ò fili, hominesq. tua pietate complectere, saltem eorum caussa, qui mihi sunt deditissimi. Quarè Christus totus placatus est, & iram deposuit.

## MIRAC. VIRG. VII.

*Provinciae, quae unius ob noxam à tota plectebatur, coeli regina opem affert.*

**F**Risus pugil oenopolium frequentabat, è quo nunquam, nisi ebrius discedebat. Quarè domum postea rediens semper miseram uxorem conuicijs, & uerberib. urgebat: quae, ut quodam die eius impetum, & furorem effugeret, se aegrotantem simulauit; sacrosantamq. eucharistiam ad se afferri iussit. Aduenerat iam sacerdos; contra quem pugil consurgens, eum ad bibendum, ceruisiae poculo inuitauit. Respondit sacerdos, se nolle bibere; quia Christi sanctissimum corpus manu continebat. Ira ebrius percitus, poculo illo, sacramenti uasculum concussit, ita ut sacrosanctae hostiae conciderint, quae, uti lucidissimae stellulae micare, & splendescere uisae sunt. Illis non sine maxima cura, & diligentia collectis, sacerdos, ob impium factum, moestus abiit. Pugil ante illius provinciae praesidem citatus, & cõtumax diris inferorum confixus, nihili eam re faciens, paullo post obiit. Eodem anno à Christo illo provinciae maxi-



ma plaga iniecta est. Ibi. n. mare è littorib; suis exiēs  
 multa loca occupauit, multosq; tuicos, & pagos im-  
 merfit; fluctuum impetu hominum millib; tergentis  
 interemptis; tantae cladis causa iā omnib; erat igno-  
 ta; sed Virgo piam matronam adiens, monuit, Frisiam  
 submersam fuisse, quia in illa filij sui seruatoris no-  
 stri sacrosancto corpori, quod è coelo sub hostiae sa-  
 cramento ad mortalium uota, & preces solet descen-  
 dere, grauisima iniuria illata fuerat. Iussit ergo re-  
 gina coeli, ut ad mare oculos matrona conuerteret.  
 Quod ipsa faciens, uidit percussam à scelesto illo sa-  
 cramenti uasculum, super undas eminens. Cum iam  
 propè littus esset, ita ut dignosci posset, Virgo, inquit,  
 o matrona, ecce filij mei corpus, cuius sacratissimo  
 nomini ibi templum consecrandum est, ubi hostiae  
 conciderant; cui templo diuini, & immortales hono-  
 res habendi sunt. Facto ipso ea res fuit comprobata.  
 Ditissimus, nauit è pugilis familia, ibi sanctissimae Vir-  
 gini templum aedificauit. Quare hinc apertissimè  
 constat, ob unius criminis atrocitatem, saepè totam  
 prouinciam malè multari.

## MIRAC. VIRG. VII.

*Virginis simulachrum sudat; eiusq; rei causa exponitur.*

**R**ES diuina in templo fiebat, in quo infinitus  
 hominum numerus erat; coepit autem Dei  
 matris simulachrū ibi sudare, ita ut omnes,  
 qui uiderent, admirarentur. Quinimò tam copiosè  
 sudor manabat, ut eius guttas piae mulieres suda-  
 riolis,



riolis, abstergerent. Fortè ibidem, sic. n. Deo uisum fuerat, eodem tempore quidã repertus est, qui iamdiu à cacò daemonib. torqueri consueuerat. Quare de illo multi quaerebant, quinam illud accidisset in Virginis imagine. Illud autem responsum tulere, Virginis filium iam manum extendisse, ut in mortaleis animaduerteret; sed ab ipsa pietatis regina manum obnixè retentam fuisse. Et nisi eo tempore praeclare, & fortiter à Virgine hominũ res gesta fuisset, actum fuisse de terrarum orbe, dicebat; hanc eius sudoris causam esse, addens. Tremendis igitur illis uerbis omnib. horror membra percepit.

## MIRAC. VIRG. IX.

*In uita apprimè utile, saepe Virginis dolores memoria re-  
petere.*

**V**IR purae, & integrae uitae Christũ de Virgine quaerentem audiuit, quinam acerbiores, & grauiores dolores essent ex ijs, quos perpeffa fuerat. At ipsa, quinque longè maximos fuisse, falsa est, eosq. enumeràs ita loqui coepit. Primus ille dolor, dulcissime fili, me exanimauit, cũ Simeon uates diuinans mihi nunciauit, futurum, ut tu crudelissima morte interires: secundus uerò, cùm te totum triduum, uti amissum eluxi. His tertius accedit, qui mortifero uulnere pectus meum transfixit, ubi te captum, & uinculis obstrictum intellexi. Quartus dolor me interemit; cùm te in cruce crudelissimè suffixum conspexi. Quintus deniq. adiunctus est, postquam



in tumulo reconditus es, & in te oculos meos defigere destiti, iucundissimo tuo conspectu carens. His filio expositis, ita ipse inquit: quicumq. mater, primum tuū dolorem memoria repetens, me dominica precatione, & salutatione Angelica una implorabit, is respiciet, & à peccatorum suorum somno soluetur. Quòd si ad secundi doloris memoriam quis idem fecerit, eius omnia peccata delebuntur. Qui tertium memoria retinens idem praestiterit, à me uirtutes illas omnes feret, quas ob culpatum crimina homo amittit. Ob quarti doloris memoriā, corporis mei sacramenti, ante mortem praemium erit. Deniq. id facienti propter quinti doloris religionē, praesto, cū morietur, adero; illumq. mecum ad coelum efferam. Quid uerò homini christiano, Christi sanguine coempto magis cōuenit, quàm saepè animo acerbos dolores perpendere, quos ipse coeli rex passus est? & meditari, quàm grauib. curis Virgo sanctissima fatigata fuerit? Id dum piè facimus necesse est; ut nos peccata nostra remordeant.

## MIRAC. VIRG. X.

*Virginis septem gaudia quae.*

**Q**uot gaudia coeli regina laeta mente perceperit, ipsa benignè pio monaco exposuit. Ac primum illud esse dicebat, quia gloriae suae amplitudo Angelorum, & beatorum gloria maior est; secundum uerò, quia supra omnes Angelorum choros sanctissimae trinitati ipsa est proxima. Tertio loco se



co se maxima laetitia cumulari testata est, quia uti summi regis genitrix à coelestib. omnib. sanctissimè colitur. Se praetereà incredibiliter gaudere confessà est, cuius aspectu, ut dies solis clara lampade, coelestis regia splendet. Quinto uerò gaudio sanctissima parens cumulatur; quia quicquid ipsi placet, diuina trinitas solet adprobare. Huc accedit sextum, quod laetissima percipit, dum uidet aeterni regis benignitate illis, à quib. colitur, ea praemia repēdi, quae ipsa illorum meritis digna iudicarit. superadditur praetereà septimum, quia certò scit, gloriae suae magnitudinem nunquam ullo tempore tolli, aut minui posse.

## MIRAC. VIRG. XI.

*Virgo è furentis lupi faucib. puellulam eripit, & conseruat.*

**M**Atrona honestis morib. ornata, & summè pia, cuidam Virginis imagini summos honores habebat; quam submissè, cum propè illam pertransibat salutare consueuerat. Huius puella, dum ruri super area luderet, à lupo fuit surrepta, qui miseram in proximam siluam abstulit. Lupū multi clamantes persecuti sunt; sed minimè a dolescētulam ei unquam potuerunt eripere. Mensae igitur accubebat mater, cum triste de filia nuncium allatū est. At ipsa, inquit, lupo filiam minimè laedet. Discumbens. n. sacellum illud petijt, in quo Virginis simulachrum tantopere uenerari consueuerat. E simulachri gremio filiolo ablato, flens ait, ò coelestum regina,

gina,



gina, tandiu decreui mecum filium tuū habere, quan-  
 diu à me filia mea aberit. Egregia uerò Virginis  
 benignitas, & mirabilis mansuetudo. Quasi. n. ipsa  
 uerita, ne suo filio sibi carendum esset, si mulieri non  
 restitueretur filia, lupo continuò iussit, ut ab illa disce-  
 deret; quod statim euenit. Quare ij, qui atrocis ferae  
 uestigia persequebantur, puellam se suauib. pomis  
 oblectantem inuenere. Ac quidem eius gutturi lupi  
 morfiunculae leniter impressae cōpertae sunt; ut tan-  
 ti miraculi testimonium apertè uideretur. Perducta  
 deniq. ad matrem filia, & ipsa laetissimè ad Virginis  
 statuam accurrit, eiusq. gremio puerum reposuit. Fe-  
 rè idem miraculum legitur lib. I.

## MIRAC. VIRG. XII.

*Piè puerum Virgo respiciens, ut è medijs flammis incolumis  
 exeat, efficit.*

**M**ulier diuino cultui ualde dedita, saepe An-  
 gelica salutatione Virginem salutabat.  
 Forte ad maritum in opere rustico se exer-  
 centem cibum ferre oportebat; neq. uerò quisquam  
 offerebatur, cui filiolum, quem habebat, commenda-  
 ret. Quare Virginem consueta precatione coepit  
 orare, & illi filium commisit, quo domi solo relicto,  
 ipsa in agrum properauit ad maritum. Interim uici-  
 ni aedeis ignis acriter compresfit, ita ut tota domus,  
 in qua erat puer, & ipsa exarserit. Ea re parentib.,  
 qui in agro erant, nunciata, ubi redeunt, domum pe-  
 nitus combustam uident. Miseri ob tantam iacturam  
 trista-



tristabantur; sed grauiori dolore illos filius opprimebat, quem amissum existimabant. Coepit autem mater, dolore diuulsa ita conqueri. Heus, Virgo sanctissima, tibi abiens filium meum commendauit; sub fide, & praesidio tuo tutum illum esse existimabam: qui igitur fieri potuit, ut mihi illum non conseruaris? Vix haec locuta erat, cum filium uiuum, & à flammis ereptum uident.

## MIRAC. VIRG. XIII.

*Infans, qui Christi infantis statua panem dederat, triduo post ad coelum uita excedens effertur.*

**P**ropè Rhenū in oppido celebri, cui Spiraē nomen est, Dei matris cuidam imagini, quae tē D. Bernardum allocuta est, diuinos honores omnes largiuntur. Ibi ipsam pietatis reginam uehementer pro salute sua orabat mulier, cuius puer comedens, paullulum panis, Virginis pueri imagini obtulit, eū illis uerbis salutans, quib. in primo congressu Germani utuntur; deinde miserè flere incepit. Quare paruum eius simulachrum, qui maximus, & optimus cuncta supercilio mouet, lactè puerum illum amplexatum est; dicens, noli flere, puer; post. n. triduum mecum accubens, coelestis panis cibum capies. Illa audiens mulier, ualde metuit, & re seni sacerdoti ibidem narrata, quid illud portenderet, percunctata est. Ille prudenter eam rem expendens, mulierē monuit, ut diligenter, quid filius ageret, obseruaret; ei post triduum filium sublatum iri dicens. Quod uti praedictū fuerat.

Q



fuera, euenit. In febrim. n. puer incidens, tertio die ad Christum elatus est.

MIRAC. VIRG. XIII

*Ab Hebraea, quae utero laborabat, uocata misericordiae mater, ei opem fert.*

**H**ebraea mulier pariendi difficultate in summas angustias coniecta, è uitae spe omnino deciderat; cuius ad finem se planè reuocari sentiebat. Iam de illius salute obstetrices ac medici omnes desperabant. Neq. uerò dolores intermittebant; sed in maximis aerumnis constituta lucem conspexit, uoxq. ex ipsa luce proficiscens audita est, quae dicebat ò mulier, Mariae nomen inuoca, & seruaberis: Dei matrem implora, & ea opportunè adueniēs, tibi opitulabitur. Interim alma lux illa discessit; cuius fulgētissimi radij in Iudaeae cor penetrarūt; quae statim pulcherrimum filium absq. ullo dolore peperit. Quae ibi aderant Hebraeae mulieres audito sacratissimo Virginis nomine, quod tantopere oderūt: animo ualde perturbatae, ira in puerperam acriter exardebant. Ni autem eo tempore Dei infinita clementia miseram respexisset; illarum impetus non potuisset effugere.



MI.



*MIRAC. VIRG. XV.**Virginis arbitrato pius uir Ticini Episcopus deligitur.*

**H**ieronymus, ciuis Ticinensis, & clericus, quotidie Virginis pietatem mira religione implorabat, & obtestabatur, illiq. placere, magno opere studebat. Fortè Ticini episcopus è uita excessit. Sacerdotes omnes ieiunijs ac supplicationib. publicè decretis Deum precati sunt, ut, quinam episcopatu dignus esset, indicaret. sibi mirificè deditum uirum quendam interim Virgo adiit; eiq. edixit, ut Ticinensem populum moneret; uti scribam suum Antistitem adscisceret. quaerèti illi de ipsa Virgine, quinam esset ille scriba; respondit ipsa, eum esse, cui Hieronymo nomen erat; quo nemo eo tempore pietate erga Deū insignior erat, qui fideliter, & studiosè Deo inferuebat. Eam rem Ticinenses exitu praestare minimè distulerunt. Itaq. pio uiro dum uixit, tantus honos delatus est; post mortem uerò beato coeli aeuo cum sempiterna felicitate frui coepit.

*MIRAC. VIRG. XVI.**Castissima Dei parens sibi dediti pictoris famam tuetur.*

**I**n opulento coenobio Hieronymus pictura mirificè delectabatur; & operam praecipuè dare solebat; ut Virginem, quàm posset, pulcherrimè pingeret. Quòd si pingenda erat Satanae imago, obni-



xè laborabat, ut deformissimum ex se opus proficeretur; & picto simulachro, in eius faciè excreabat. Immortale odium exercens cacodaemon, cum pictore; in eo luxuriae ardenteis flammis excitare studuit. Quarè se se improbus in formosissimae mulieris formam uertit, quae monaco sui copiam se facturam pollicebatur; modo in re facillima sibi obtemperaret. Ad omnia se paratum dixit Hieronymus; cui detestanda mulier respondit, ut, postquam sacrario praeerat, uasa omnia argentea, & aurea sacris usibus addicta una congereret, illisque collis ad se aurum, & argentum perferret. futurum. n. promisit, ut se statim poteretur, suamque ipse uoluptatem expleret. Ea re statim, absque ulla mora facta, scelestus, deposita mulieris forma, altius clamauit, ut monaci illuc currebant, furemque Hieronymum in furto deprenderent, qui aurum, & argentum aufereret. Illi uasa effracta uidentes, sciscitabantur; quam dementiam, aut furore captus esset. Is prae timore obmutuit. At quia noctis tempus erat, eum ad columnam deligarunt, ut postero die, cum illuxisset, maturius de illo decernerent. Interim cacodaemon miserum uinculis adstrictum illudebat, haec inquit: En, lepidum caput, non potuisti effugere, tu illud unum studebas, ut turpissimi monstri deformitatem mea imago referret; ac uultum etiam sputo foedebas. Par pari nunc refero; uerum tecum peius agetur, qui publico iudicio damnandus, & igne cremandus es. Nunc à tua Maria implora auxilium, quam insigniter pulchram semper pingebas. Memor ille singularis eius misericordiae, qua suos semper Virgo completitur; illam uerè, & ex animo obsecrabat ut sui, in tanto periculo,



periculo, miseresceret. Eius precib. mota, pietatis regina, dixit, forti sis animo, Hieronymè, & posthac te contra Satanae dolos constātius, & ualidius munias, & obfirmes; nec finas te in huiusmodi errores amplius deferri. Non. n. à me unquam desereris. Quinetiam statim è Hieronymo sublatis vinculis, cacodaemon, solo Virginis nutu, ad eādem catenā obstrictus est. Itaq. matutinarum precationum tēpore ea omnia diligenter monachus praestitit; quae ab aedituo, & sacrarij praefectō solent exigī. Vbi in templum coenobitae uenere, uasa integra, & ibidem munere suo Hieronymum fungentem uident; quem ipsi adhuc columnae uinctum credebant. Recta autem ad columnam euntes, illic generis humani captiuum hostē reperiunt; qui, cū diu ab illis, & multū uapulasset; stridore maximo effugit. Deniq. uerò rem omnem Hieronymus ab origine omnib. exposuit.

## MIRAC. VIRG. VII.

*Pudicissimis duab. sororib. impudicitiae impressa nota, diuinitus eluitur.*

**P**auperrima mulier, quae Virginem sanctissimè colebat, & augustè uenerabatur duas filias, quas habebat, ei dicauit, ad eius cultum ipsarum animos, & menteis maxima diligentia instituēs; & confirmans. Sed quia dubitabat, ne ob paupertatem, illarum puritas periclitaretur, eas ante Virginis facellum ipsi Virgini cōmendauit; huncq. habuit sermonem: Regina, mulierum gloria, feminarum decus, haec



hasce Virgines puellas tuae permitto fidei, & tuā in clientelam dico, ut tu quae opus sunt, clementia tua illis suppedites; quando mihi inopi deest, unde illas alam. His dictis filiarum dexteram Virginis imaginis dexterae; ut sanctum foedus probaretur, adiunxit. Domum uerò ipsae redeuntes, iuuenem ante ostium reperiunt, cuius splendor, quàm solis radij, clarior erat, à quo ipsarum paupertas quibusdam nummis subleuata est. Quod ubi ab inuidis, & maledicis rescitum est, eas meretrices esse iactabant, quae impudicè quaestum caperent. Mater autem filias hortata est, ut Dei matrem adirent; eamque rogarent, uti falsò impressam illam notam deleret. Eius dicto iam ipsae obtemperauerant; cum festo quodam die Angelus è coelo descendens, eas in uia stanteis in maxima populi frequentia duab. coronis, florib. confertis, quae suauissimum odorem expirabant, donauit, haec uerba dulci sono locutus: Haec uobis munera Virgo Dei mater mittit; ut certissima apud omneis uirginitatis uestrae documenta, & manifesta signa sint. Obstupescens populi, & illius prouinciae princeps, duo Virginum coenobia ad perpetuam coeli reginae memoriam exaedificarunt, quib. ipsas sorores postea praefecere.

## MIRAC. VIRG. XVIII.

*Pudica, & proba mulier iniquè condemnata, capitis periculo liberatur.*

**P**udicam uxorem, & Virginis studiosam ad alter maritus, & libidinosus maximo odio prosequatur,



batur, ut id genus hominum facere consuevit. Haec profusi, & intemperantis mariti culpa eò egestatis perducta erat; ut nutricijs sibi uictum quaerere cogeretur. Cuiusdam. n. militis filium nutribat. Ut miseram scelestus maritus perderet, acerbissimo odio percitus puerum noctu iugulauit, & abiit. Summo mane ipsa alumnum mortuū reperiens, exclamans clamore maximo totā familiam à somno excitauit. ubi ab infantis parentib. id rescitum est, in carcerem compacta, & breui tempore morti damnata est. Infelix se patrono destitutam uidens, erectis oculis coelum intuens, dixit: O Virgo, tibi innocentia mea aperta est, tu me tuere, & conserua. Post illa uerba statim decori aspectus mulier, puerum in sinu gestās, aduenit; quae iudices monuit, ut iudicium differrent; puerum illum iudicem eo die futurum dicens. Itaq. ille coram se causam dici iussit. in tam tenera aetate admirabilem facundiam, ac prudentiam omnes ualde admirabantur. Is iugulatum infantem intuens, en, inquit, o iudices mortaliū, posthac diligentius uobis res iudicandae sunt. mortuū igitur adiurgere, suumq. in conspectum prodire iussit, ut palam profiteretur, à quo necatus fuisset. Repentē ille à morte exsuscitatus, homicidam digito monstrabat. Quare innocenti muliere absoluta, crudeli marito maximis cruciatibus uita adempta est.





## MIRAC. VIRG. XIX.

*Virginum coenobij praefecta, Virgine fauente, se turpissimi dedecoris suspicione exsoluit.*

**V**Estalium praefecta sibi commissas Virgines tam sanctè regebat, easdem ad Dei cultum strictè obseruandum cogens, ut earum omnium acerbum odium sibi iam parasset. Fortè Satana impullore, à ministro compressa, grauida facta est. Ac, licèt lapsa esset, adhuc tamè in illa uigilantia pergebat, qua uestaleis solebat exercere, ut religiosè Deo inferuissent; & eam ob rem ipsas sibi etiam longè inimicissimas effecerat. illae tandem praefectam grauidam esse è multis signis perspexere; eamq. apud episcopum probri ream egerunt. Ipsa episcopum illuc aduenturum sciens in priuatum sacellum secessit, in quo saepè sola Deum, & Virginem precari solebat. Ibi lacrymas effundens, Virginem obsecrauit, ut placata, & propitiata sibi praesidio esset. Post longam precationem dormiens, mortalium tutricem latè colucentem, & Angelis comitatam uidit. Per eã à Deo peccati uenia, & pax impetrata est; quae etiam futurū promisit, ut breui eius infamiae nota ablueretur. Quod re ipsa euenit. Virgo. n. Angelis iussit, ut subleuata praefectae aluo, infantè eremitae illic proximo alendum mandarent, usq. ad septennium; eam deinde acrius monuit, ut postea te fortiùs contra Satanae impetus muniret, futurum dicens, ut post breueis aerumnas, felix consequeretur eius rei exitus. Adueniens



niens episcopus, grauitè à se reprehensam reã è con-  
spectu suo abire iussit: quae omnia aequo animo fe-  
rens, lubenter ab obstetricib. se inspici passa est, ut pe-  
riculum fieret, & exploraretur, an id, de quo accusa-  
batur, uerũ esset. Illae aluo minimè ingrauescente re-  
perta ad episcopum, rem falsam esse retulerunt; qui  
ad eius pedes se abijciens, ueniã orauit, illuc à se om-  
neis quae ipsam eo crimine insimularant, continuo  
abire iubens. At ipsa sub recõditae cõfessionis sacra-  
mento, rem, uti euenerat, fideliter episcopo narrauit;  
cui ille piè, & sanctè pacem dans, ad eremitam, pios  
sacerdotes misit, qui filium perquirerent. Illo reper-  
to, testatus est eremita, ad se noctu eum allatũ fuisse,  
sibiq. Virginis uerbis à duob. iuuenib. fuisse commẽ-  
datum. Ea res maximam pio Antisti admirationem  
adtulit; & infantem usq. ad septennium sancto eremi-  
tae nutriẽdum reliquit; qui, ubi ad maturiorem aeta-  
tem peruenit, & uitae sanctitate, & sciẽtia dignus ui-  
sus est omnib., qui in episcopatu succederet.

## MIRAC. VIRG. XX.

*Mirabiliter Virgo dignitatem sanctimonialis conseruat,  
quae fugerat è coenobio, eamq. ad illud renocat.*

**B**atrix, Virgo Deo consecrata, corporis forma  
excellenti praedita, quae se Virgini colendae  
penitus dederat, tunc demum capiebat so-  
lidam animi laetitiã, cum secretò secedere poterat,  
ut alijs curis soluta Deum precaretur, eiusq. pacem  
imploraret. Facta aeditua & custos, saepius secedẽs

R ardentiori



ardentiori studio in precationem incumberebat. Huic oculos clericus adijciens, in sano amore correptus est, qui ardentem flammam illi aperiens, repulsam passus est. Verum miser, quod magis ab ea se contemni sciebat, eò maiorem in pectore ignem concipi sentiebat. Ab incepto iam ipse desistebat, cum mulier magis impotenti amore flagrare, & inflammari coepit. Itaque relictis super sacello templi, ac coenobij ianuarum clauibus, cum prius Virginem quibusdam uerbis compellasset, è sacris septis erumpens, perditam, & malè conciliatam amantem secuta est. Eam pollutam, & uirginitate spoliatam, dignum foedi amoris praemium, ille deseruit, & à se expulit. uictu iam deficiente, se publicè prostituit. In terribilissimo illo, & indecoro uitae genere multos annos delituerat. Denique ad coenobij, è quo effugerat, ianuam se conferens, è custode percunctata est, quid Beatrix olim custos ageret. Responsum fuit, in Beatrice, à teneris usque ad illud tempus, spectatam semper, & probatam fuisse uitae integritatē. Ea uerba animo expendens Beatrix, quid sibi uellet, percipere non poterat, illincque discedebat. At illi se obuiam dedit mater Dei, quae mulieris formam ceperat, atque ita eam allocuta est. Quindecim annos te absente, o Beatrix, uice, ac munere tuo hic functa sum; nunc par, & aequum est, ut huc tu redeas, tuumque officium ipsa praestes; & te iam tandem eorum, quae admisisti, poeniteat. Nemo turpiter anteaeternae uitae tuae conscius est; sed hominum de te praeclara est estimatio. Illud euenerat, quia ipsa Virgo Beatricis imagine capta, diu custodis munus obierat. Redijt illuc Beatrix, ubi se Deo prius consecrasset; & supplex

Virgini



Virgini perpetuas gratias agens, in tam immortali beneficio praedicando reliquum uitae consumpsit.

## MIRAC. VIRG. XXI.

*Ab adulterij peccati consuetudine mulier abducitur.*

**M**ilitis uxor, a caco daemone impulsu, cum altero milite adulterium admisit. Post aliquot dies diuino afflatu instincta, ob illud crimen, grauissimum dolorem cepit; statuitq. ab illo omnino se abducere. At non ita ad altero decretum erat, qui nactus occasionem, dū mulieris maritus aberat, eam uti consueuerat, ad adulterium prouocauit. Cū illa minimè ei obtemperare statuisset, uī stuprū inferre conatur miles. ipsa, quae ab illius uiolentia se minimè tutam esse existimabat; ad castitatis reginā confugit, illam obsecrans, ut se à nefandis militis manib. per sanctissima illa uerba, AVE MARIA, eriperet. His uerbis statim militis uires omnes prostratae, & abiectae conciderunt; ita ut eo tempore incorrupta mulier euaserit; neq. amplius eam ipse postea, aut eius pudicitiam attentare ausus fuerit.

## MIRAC. VIRG. XXII.

*Adolescens, quem Satan in pudicae matronae amorem coniecerat, Virgine iuuante, se recipit.*

**T**yro adolescentulus Veterano militi inseruiens, unā cum eo aetatem agebat. Is, licet forma ex-



cellenti esset; puritate tamē animi, ac uirginitate erat  
 praestantior. Sat tanti boni inuidus, astutē in ado-  
 lescentem peruersum ingeniū coepit intendere, dans  
 operam, ut herilis uxoris amore caperetur. Penita, &  
 interiori flamma exardēs, eam totum annum celauit.  
 Tandem non potēs amplius perferre, è pudoris finib.  
 exiens, mulieri amorem suum aperuit; quae castissi-  
 ma, & marito fidissima ipsum repellebat. At magis,  
 magisq. in misero quotidie ardor crescebat. Quare  
 sancto eremita lacrymans exposuit, quā ardentēs  
 ignes sibi interiores medullas exederent. Pollicitus  
 est eremita, tantō malo optimē consultum iri, si con-  
 siliū suū sequi decreuisset. Itaq. hortatus est amo-  
 re perditum iuuenem, ut integrum annum Angelicā  
 salutationem singulo die centies memorare pergeret  
 ea ratione quicquid uoluisset, à Virgine sacrosancta  
 impetratum iri dicens. Sciebat. n. uir optimus à ca-  
 stitatis tutrice, castum iuuenem nunquam desertum  
 iri. Illud maxima puritate, & animi integritate, face-  
 re iuuenis non destitit; ita ut iam ad extremum anni  
 diem uentum esset; quo die unā cum hero accumbens  
 ad memoriam redijt, tunc annum exigi, quo pium uo-  
 tum persolueretur. Is statim discumbens, & in equum  
 insiliens, recta delubrum petijt, in quo solitae preca-  
 tionis muneri satisfecit; annusq. uoti conclusus est.  
 Exiens autem è tēplo, ab augustissima matrona equū  
 uidit teneri; & ab illa ita compellatus est: An tibi, ado-  
 lescent, iucundus, & pulcher uidetur meus aspectus?  
 Responderat miles, nihil à se unquam pulchrius ullo  
 tempore uisum fuisse; cū benignissima regina haec  
 addidit: Tua ego sum amica, & sponsa, propiūs acce-  
 de,

in illis

s H

de,



de, ut te exosculet: hoc nuptiarum fit initiū, quae uerae, & perfectae apud filium meū huiusmodi die fiet. Sensit illam Dei parentem purissimam, & illibatā esse, quae hominum integritate, & castitate miris modis oblectatur. Quare ab eo tempore infani eius amoris ardor ita in milite extinctus est; ut ualde heri ipsius uxor miraretur. His omnib. eremitaefactis, & ego, inquit, ille, hisce nuptijs celebrandis interesse cupio. praestituta die adueniente miles in eremitaefactis conspectu animam efflauit; quae leuissimo uolatu ad celebrandas in coelesti cubili nuptias euolauit.

## MIRAC. VIRG. XXIII.

*Mortem expectanti Virgo adest.*

**S**acerdotis famulus, qui mutus erat, & surdus, in grauiſſimum morbum inciderat, & iam in uitae periculo uersabatur. Eum tunc Virgo salutauit huiusmodi uerbis: te filius meus saluum, & incolumē propitiatus seruet, protegat, & foueat. Quib. dictis statim mutus loqui, & liquidò audire incepit. Quin etiam monitus fuerat ab eadem beneficētissima Virgine, ut accerferet sacerdotem, uti peccatis omnib. editis mystico pane aleretur. Se. n. illum secum ad beatorum acuum perducturum, ipsa promittebat. Mirabantur omnes, cur ei, qui mutus natus erat, tanti potestas data esset. Dixit ille, à Virgine se iam immortali beneficio fuisse affectum, quam suis oculis eo tempore uiderat. Scire omnes studebant, quatenam tanti muneris, & tantae beneficentiae erga illum fuisset

set



set caussa. Testatus est ipse, nunquam quicquam aliud se coelestis reginae sacratio nomini expendisse, praeter exiguum ieiunij tributum. Etenim cum eo die qui Virgini consecratus est, herus sacerdos ieiunaret; & ipse, rem optimam existimans, illum imitabatur. Id ibi à sacerdote planè confirmatum est. Quare, qui illic aderant, omnes passis manib. Virginem castissimè uenerabantur, & colebant.

## MIRAC. VIRG. XXIIII.

*Abbati morienti Virgo opitulata est, eumq. ab aeternis poenis eripuit.*

**H**enricus, Certesij coenobita, quia quoddam coenobium praefecto carebat, inuitis omnib., ut gradum illum obtineret, operam dabat. eius prouinciae rege intercessore, illud munus administrauit; quod ab omnib. aegrè ferri, idem rex intelligens, eundem illinc amotum, Haliësi coenobio praefeciendum curauit. Diu praeclarè ibi se gesserat; cum iterum Certesum redijt, ubi paucis post dieb. grauissimo morbo coepit laborare. Etsi ceteris in reb. non admodum spectata erat in Henrico probitas; tamen in eo maximè laudandus erat, quia simplici, & aperto animo Virgine colebat, & saepissimè ad eius nominis memoriam colendam, Deo rem diuinam solebat facere. Progressus iam erat morbus; & ipse monachus mortis metu affectus praefectum accersuerat, ut purae confessionis sacramento animam expiaret ne ob peccata aeternis poenis addiceretur. Interim

uidens



uidens ad eundem morbum maximam fieri accessio-  
nem, qui nec in lecto consistere, nec ullam quietē re-  
perire poterat, alios coenobitas omnes obsecrauit,  
uti Deum quam suppliciter possent, rogarent, ut eius  
pietate animae suae salus in tuto loco statueretur. Illi  
unā omnes Deum, & coelesteis pro misero precaban-  
tur, & piē inuocabant. At ipse sensib. omnib. ereptus  
mutus factus est. Acerbum dolorem monaci om-  
nes ferebant, eum mortuum existimātes, quem sacris  
definitum christiana sepultura honestare non aude-  
bant. Interim se Henricus recipit, manusq. ad coelum  
extollens, immortalis Virgini gratias agit, cuius pie-  
tate perpetuas poenas effugerat, è quib. aliter nō po-  
terat elabi. Dicebat eiusdem Virginis clementia, &  
singulari beneficio, à filio impetratum fuisse, ut ipse  
sanctissimam eucharistiam sumeret. Illuc coelesti  
pane allato, statim dicere incepit, sub eo sacramen-  
to eum contineri, qui è Virgine natus, ob hominum-  
scelera in cruce suffixus est. Pace deniq. monacis  
data, & pace ab eis impetrata animam exegit; quae,  
ut adstantes pro certo habuere, à Virgine in coelum  
fuit perducta. Ille autem in christiana sepultura fuit  
conditus; & Virgini eam ob rem maximae gratiae  
actae sunt.

MIRAC. VIRG. XXV.

*Dissectam ab Haereticis sacerdoti linguam Virgo restituit.*

**D**Vo sacerdotes peregrè proficiscentes per Al-  
bientium haereticorum prouinciam iter habe-  
bant,



bant, quib. dirutum fanum oblatum est. Quia dies erat, Virginis nomini dicatus, in fanum ingrediendi consilium cepere, ut ibi ad eius laudem sacra facerent. Id praestare facillimè poterant, quia secum uasa, libros, uesteisq. & cetera ad rem diuinam faciendam opportuna secum ferebant. Ante quàm sacra fuissent peracta, haeretici illuc aduenere, qui dissectam alteri sacerdoti linguam è radicib. euulserunt. Is ab altero ad proximum coenobiũ deductus, benignè exceptus, & liberaliter tractatus est à monachis illis, qui christiana pietate praestantes erant. Nōcte autem, quae Epiphaniae diem praecedit; cùm in templo excubiae fierent, parietem ille concussit, eo signo ad se coenobij primores euocans. His, qui adcurrerant, nutu, & signis uidebatur indicare, ut se in locum perducerent, ubi precatiōni in remoto secessu operam dare posset. Ab illis lubenter ea res ad eius nutum facta est. Ibi intimo dolore diuulsus, cùm Virginis fidem implorasset, ea manib. linguã gerens accurrit, atq. ita ipsum allocuta est: Postquam pro filij, & nominis mei dignitate, tibi lingua exsecta fuit, nũc nouam tibi linguam afferō; os aperi. aperto ore, diuinis manib. mirificè linguã ea radicib. adiunxit, coelumq. repente petijt. lingua ille in tanti beneficij auctrice, Angelica salutatione salutanda, a pertissimè utebatur. ipsum audientes monachi, ob tam apertum miraculum Dei maximi potentiam, & Virginis misericordiam aeternis laudib. prosequabantur. Sacerdos uerò laetus, ac lubēs eius ordinis religioni se dedit, ut facilius Deo, Virginiq. posset interuire.



## MYRAC. VIRG. XXXII.

*In Haereticorum conspectu, caecum Christianum Virgo illuminat.*

**I**N ecclesiastica historia, scriptum est, quēdam Didimum diuini cultus obseruantia & cupidum, diuinae sapientiae maximo studio, & desiderio teneri solitum fuisse; quāe illi à Deo tributa est. Ille pro Christiana religione, saepius cōtra Hebraeos, & Haereticos disputarat, eorūq; falsas, & impias opiniones apertissimis rationib; retuderat. At quia caecus natura erat eius caecitate saepē aduersarij exprobrabāt; q̄ absq; ullo p̄oemio illi feriret à quo nunquā impetrare potuerat; ut in coecos oculos se lux effunderet. Ipse uerō diuina misericordia fretus, diē aduersarijs dixit, quo sibi acutissimam oculorū aciem à Deo dono datum iri confidebat. Triduum ieiunauit, ieiunio summi Pōtificis iussu indicto; quo tempore in egenos amplissima liberalitate usus est, & totus fuit in pijs precationib;. Deinde multis ad se accitis, in Christianorum, & Haereticorum coronā, & maximo confessu eam hymni partem decantauit: Gaude, Maria Virgo, quae cunctas Haereseis interemisti in hoc mundo. Quare statim acutissimus ei uisus, & lyncea oculorū acies diuinitus praelata est. Idcirco multi Haeretici ad Christum descuerunt; & mos ille, ac consuetudo, ob illius miraculi memoriam, inualuit, ut quotidie in sanctissimae Virginis laudib;, ea uerba à Catholicis recenseantur.



## MIRAC. VIRG. XXXVII.

*Dei parens, & D. Hyppolitus maledicum qui rescipuerat, sanat.*

**F**esto D. Magdalene die, rusticus, cui nomen erat Petrus, iunctis aratro bobus coeprum iugerum detestabatur. Eius execratio pondus celerius habuit, quam ipse optarat. Nam cum maxima clade de coelo tacti boves prostrati fuerunt, ipso eodem tempore fulmine grauius afflato, quem ita ignis attigerat, ut iam misero crura poene absumpta essent. Eam ob rem suos rogauit, ut se in templum D. Magdalene perferrent, cuius festo diei parum honoris habuerat, rustico operi incumbens. Vbi in illo templo paululum moratus est, penitus ignis ille, qui corpus exedere pergebat, fuit extinctus. At nondum crurum uires erant receptae. Quamobrem audiens quoddam sanum Virginis multorum miraculorum indicijs celeberrimum esse: eius uisendi desiderio accensus est. Fortè nauis uectus, in puppi sedes, cum crura extenderet, alterum disiectum uno aspectu concidit. Quod ipse patienter tulit, & aequo animo passus est. Postridie eius diei ubi ad illud templum uentum est, Virginem una cum D. Hyppolito, cuius ipse erat obseruantissimus, uidere uisus est. ardentissimis precibus intercessor à Virgine contendebat, ut uillico crus amissum restitueret, ossa D. Hyppolito colligente, & crure iterum coniuncto, ille firmis poplitibus incessit.

MIRAC.



## MIRAC. VIRG. XXVIII.

*Grauisimè tres plectuntur, qui inimicum in sacrata aede Virginis, occiderant.*

**C**ontra inimicū tres milites conspirarant. eius interimendi illis commodissima occasio oblata est. Illum absq. ullo comitatu repertum ut conficerent, fortiter manus conferunt. At ipse in Virginis delubrum confugit; futurum confidens, ut illic, religionis causa, se inimici ab omni ui, atq. iniuria abstinerent. Impij quib. nulla est religio, aut pietas, illic ante aras miserum crudelissimè trucidant. Eam ob rem regina coeli maxima ira exarsit; & ut ultore Deo, scelesti supplicium expenderent, statim eos ignis acriter occepit; quo eor. membra exuri ab omnib. aperte uidebantur. Videntes illi, se diuinis poenis exerceri, fauentia cruciatus permoti, ad illum, quem tantopere laeserant, piè conuertebant preces. Ea clementissima, Deo adprobante, flammam extingui illico iussit; ne miserorum membra omnino absumerentur. Illi uerò ubi primum conualuere, ad Episcopum, sceleris ueniam exposcentes contendunt. Iussit Antistes, ut illa arma, quib. inimicum occiderant, publicè semper gestarent, ad expiandam aliquam eius culpae partem.





## MIRAC. VIRG. XXIIX.

*Vulnus, quod in crure Sanctimonialis acceperat, diuinitus curatur.*

**N**ON praetereundū est, quod festiuitate sua nos ad scribēdū inuitat. Spectatissimae uitae & Virgini ualde dedita Virgo, poplitib. submissis, diū operam precationi dare consueuerat. Forte ad eam rem propensissimo animo, nimis properē se conferens, dum genua defleceret, in crure uulnuscūlum accepit. Præ uulneris dolore in lecto iacens, somno tandē oppressa est. Virginem unguēri uasculū gerentem conspicata est; quae uulneri medicas manus, illo unguento utens, apponebat. Ibi diuini unguenti odore ita omnia resperfa sunt, ut eius suauitate ceterae sanctimoniales allectae, una omnes ad aegrotantis lectum cōcurrerint, ubi odoris acrior uis erat. sciscitabantur, quidnam tantam adtulisset suauitatem. Noluit ea quisquam indicare. Quinetiā cum illae abiissent, iterum obdormire incepit. Itaq. uisa est à coeli regina in amoenos hortos perduci; in quib. ab ipsa iussa consurgere, firmis genib. in nixa conualuit. Edixit deinde illi uirgo, ut modestius postea ueniam peteret; nec tam festinanter genua submitteret.



-IM c 2

MI-



## MIRAC. VIRG. XXX.

*Ex maris fluctibus, Virginis pietate, & ipsamet ducente, vir,  
qui peregrè proficiscbatur, emergit.*

**E** piscopus cum plurimis aliis peregrè profici-  
cens, nauim conscenderat. grauius afflictam  
& ualde quassam nauim uidens nauita, de illa  
actum iam esse existimans, quae fluctus recipiebat,  
una cum episcopo, & aliis primatib. in lyntem de-  
scendit. illuc certatim omnibus confugere nitentib.,  
unus labens in mare submersus est. Eos, qui in nauim  
permanerant, de imminente periculo nauita certio-  
res facit; qui Deum innumerabilib. uotis obsecrabat.  
Dum od coelum iam manus omnes tetēdissent, sta-  
tim nauis ab undis fuit abrepta. Hoc uidens Episco-  
pus, non sine dolore, & lacrymis illorū animas Deo  
piè commendabat. Quinetiam idem oculos nunc in  
hanc, nunc in illam maris partem uertens, submerso-  
rum cadauera intuens, è turbulentis undis exeun-  
teis candidissimas columbas uidit, quae celeri uola-  
tu superas coeli parteis transcendebant. Pro certo ha-  
bitum est, eas esse illor. animas, qui in mare decide-  
rant. Episcopus, qui prius illor. uicem doluerat, sibi  
eamdem mortem maximis uotis exoptabat. Ad littus  
iam lyntem appulerat; cū sibi omnes oblatum uident  
superstitem, & in collum illum, qui primum in ma-  
re prolapsus erat. Laeti igitur omnes ob restitutum  
amicum, quidnam ei salutem adtulisset, percuncta-  
bantur. Eis ipse respondit: dum laberet, ex animo

Vir-



Virginem inuocauit, quae mihi misericordiae mater, cum sub undis essem, auxilium tulit, meq. ueste sua uelans, nunc ut uidetis, hucusq. deduxit. Id audiens Episcopus una cum ceteris omnib. laetè, ac piè Deū, Virginemq. aeternis laudib. efferebant.

## MIRAC. VIRG. XXXI.

*Pij quidam uiri, fracta naui in mari, illa uerba recitantes FELIX namq. es sacra uirgo Maria, superstites ad litus eiekti, periculo liberantur.*

**M**aris tempestate unà cum plurimis alijs, coenobij praefectus agitabatur. quare metuentes omnes, ne morti dederentur, alij hos, alij illos coelestis in periculo, immortalia uota suscipientes orabant, ut sibi essent propitij. Videns praefectus à nemine Virginis nomen inuocari, dixit, cur alios precamini; eius uerò, quae nos magis seruare potest, nullā retinetis memoriā? Rem piam certè geritis; sed meliùs uobis consultum erit, si unà omnes Dei genitricem aduocabitis. Quod ubi intellexere, eam omnes obtestabantur, ut sui miseresceret. Praeterea praefectus, quamuis inedia fessus esset, toto .n. biduo tempestate ingrauescente, nullum cibum ceperat, unà cum alijs illam hymni partem memoriter recitabat; FELIX es sacra Virgo, & laude dignissima, quia exte ortus est sol iustitiae Christus Deus noster. His piè peractis, in suprema ipsius nauis mali parte tplendidissimam lucem conspexerunt, quae noctis tenebras admirabilem splendorem afferens dispulerat



spulerat. Ad nutum ergo Virginis statim tempestas  
sedata est; & maris fluctus compositi sunt. Vbi con-  
sumpta nocte, serena dies illuxit; ad eum portum, ad  
quem iter habebant, se ad pullos uident.

## MIRAC. VIRG. XXXII.

*Valde salutaris res est ijs, qui in carcerem conclusi sunt,  
Virginem implorare.*

**M**iles, qui diu in teterrimo carcere fuerat, so-  
luta ingenti pecunia, in leniorem missus est,  
ubi à custodib. catenis reuinctus custodie-  
batur. Noctù dum in illor. medio esset, pro salute sua  
quàm potuit sanctissimè Virginem precatus est. Pa-  
ullò post hanc uocem in somnis audiuit: Virgini con-  
fide; te ipsa hinc eximet. Somno excitus, secum co-  
gitabat, uerum ne illud esset, an somni falsa imagi-  
ne illuderetur. Interim, cum paullulum corpus leui  
motu declinasset; alteram manum, ac pedem uincu-  
lis dissolutum uidet. Solutis somno custodib., & ipsis  
diuinitus omnis uis fuit sublata. Videns captiuus il-  
lud diuino miraculo accidere; somno iterum oppres-  
sis custodib., altero pede adhuc catena impedito, at-  
tritis linteis, restis uice utens, è specula se dimisit.  
Eum postea maximo comitatu illi a tergo persequen-  
tes, minimè potuere adsequi. Adepta ille libertate,  
templum adiens, quas secum adtulerat catenas, &  
uincula, propè seruatricis Virginis facellum defixit.



MIRAC. VIRG. XXXIII.

*Miles, cuius vita improbissima fuerat cum moreretur, se ualde poenitentem praebet; & seruatur.*

**M**lles nobilitate quidem excellens, sed uita improbissimus, in inimici manus incidit, quæ cum ad caedem paratum uideret, supplex orauit, ut per diuinam misericordiam, saltem differret, donec peccata sua alicui sacerdoti patefecisset. Illud minimè ab inimico impetrari potuit, qui uerebatur, ne id fieret, ut posset elabi, & effugere. Infelix humi iussus procumbere, ut sibi caput obtruncari sineret, statim paruit. Huius animi desiderium cum Deus optimè nouisset, & se ipse eo tempore uirginis filij in fidem, & clientelam commisisset, caput obtruncatum est. Forte ibi quidam erat, qui cacodaemonib. torquebatur. Ex illis multi percunctati sunt, an læticiam caperent, quod occisi illius hominis, & perditissimi anima ad inferorū tenebras fuisset demissa. Non perditam esse illam animam, responderunt cacodaemonēs; sed solo uerbo quod ipse moriens dixerat, seruata fuisse restabantur.

MI.

-IM



## MIRAC. VIRG. XXXIII.

*Lictorem aeternae uitae compotem facit mater misericordiae; licet illi perpetuae mortis periculum immineret.*

**L**ictor, qui saepe carnificis uices gerere consueuerat, cum ante Virginis imaginem pertransibat, illam semper summa impertiebat salute. Dum ante eius pedes deuolutus, ipsam supplex precaretur; interim ei praetoris nuncius iussit, ut statim ad damnatum necandum se conferret. Illinc ipse discedens ab inimicis occisus est. Consueuerat forte pius quidam sacerdos noctu singula urbis templa pietatis, & religionis caussa adire. eo tempore illud Virginis delubrum petens, quod lictor adiuerat, ibi multos homines comperit, qui prius uita functi erant. Ex illis compluribus hic dum uiuerent, nouerat. Is cupiebat scire, cur tanta illuc multitudo confluxisset, qui ab uno ex illis de ea re certior factus est. Dicebat. n. ille occisi lictoris animam, uti sibi addictam a cacodaemonibus peti, contra uero eandem a Dei matre, uti iuri suo addictam repeti: ideoque in illo loco una tantum hominum numerum conuenisse, ut Christum illic iudicaturum uiderent. Sacerdos ille uidendi, & audiendi iudicis desiderio accensus est; & illic in angusto, ac remoto loco se abdidit, clanculum obseruaturus, quidnam fieret. Tribunal autem uidit, quod Christus conscenderat, apud quem confederat Virgo. Aduenere deinde impij, lictorem catenis reuinctum ducentes, cuius animam ad se attinere, miris modis probare ni-

T teban-



tebatur. Sed Virgo cui, dū occisus est, se cōmiserat licitor, eū dignū esse, cui Christus placaretur testata est. Dulcissimae parenti omnino morem gerere decreuit filius iudex; ea tamen lege, ne iniuste cum aduersariis actum dici posset. Interim animā ad licitoris corpus redire iussit, ut illuc laetū iret peccata: censuitq. uti a summo Pontifice publica precatio pro istius salute institueretur. Virgo ipsa, illic latentem sacerdotē accersuit, illiq. edixit, ut de filij sui uoluntate in ea re Pontificem certiozem faceret. Quinetiam Sacerdoti tam eximiae pulchritudinis rosa relicta est; ut ea uisa, statim illius uerbis maximus Pontifex fidem adhibuerit, qui nihil moratus, quod Christi uerbis fuerat iussum, re ipsa praestitit.

MIRAC. VIRG. XXXV.

*Opem latroni misericordiae mater affert; qui postea ualde poenitens è uita excessit.*

**F** Amosus latro, qui nihil unquam boni in longa aetate gesserat, diuino afflatu adductus, die Virgini dicato, semel tantum ieiunauit, & rem diuinam ad eiusdem Virginis memoriam, semel faciendā curauit; ut ab ipsa misericorde ante mortem respiciendi facultas daretur. Eius uotis annuens ipsa, aper tissimis signis indicauit, à filio impetratum fuisse, ut ante quā mortem latro obiret, quinq. uerba posset effari, quib. omnis peccatorū macula elueretur. Paucis post dieb. ille in carcerem compactus, mortis supplicio damnatus est. Dum ad suspendium deducere-

tur,



tur, ei à Christo is animus datus est, ut mirum in modum admissorū scelerū dolorem angeretur: quo tēpore quinque illa Euangelici publicani uerba maxima animi propensione enunciauit: Deus propitijs esto mihi peccatori. Cum Deo igitur in gratiā rediit; & ab aeterna morte ereptus est, re, & opera Virgine adiuuante.

MIRAC. VIRG. XXXVI.

*Christi gratia monaco conciliatur, qui in peccatum prolapsus fuerat.*

**P**ius uir, & integer Cistelli ordini se dicauerat, ubi diū purè, & castè uitam degit. Tandem Satanae astu, & fallacijs in peccatum prolapsus est. Illum peccasse, rumor erat; & malè apud multos audiebat. Is interim ad se rediens, dolore maximo diuulsus, ad Virginem miserorū perfugium, confugit; & flens eam obtestari, & implorare non desistit, ut sui miseresceret. Iam diu in luctu, & aerumnis uersatus erat, plurimumq. doloris ob illud crimen hauserat, cū deinde ualde precationi intentus, uidere uisus est ipsam aeterni regis filiā, cuius in sinu lactens puer erat, prae hominum filiis pulcherrimus. Obscra- batur puer à matre, ut eius delicti expiandi facultas daretur; uti monachus eam posset inire gratiam: qui etiam itidem uehementiùs illum orare nō desistebat. At, licet sanctus puer os, & uultum auerteret, quasi renuens; impetrauit tamen precib. suis mater, ut semel in miserū oculos defigeret. Itaq. coenobitae omnium criminum nota solo infantis obtutu deleta est.



## MIRAC. VIRG. XXXVI.

*Virgo ancillae fit adiutrix, quae licet impudicè cum milite  
consueuisset; in Angelica tamen salutatione frequens erat.*

**M**ilitis ancilla, intemperans, & inuerecunda uxoris pellex, cum eo, saepè se probro inquinabat. licet illi tam turpis nota iniusta esset; tamen quotidie ante Virginis imaginem prostrata, ei piè, & sanctè salutationem Angelicam offerebat. Eam rem ubi hera rescituit, & probri omnino conscia facta est, de ancilla perdenda iam consilium inierat. Quodà die contra illà ira exardens; ita cum ea loqui coepit: Profectò te iam ab affinib. meis necandam curassem; quae à me tam saepè maritum meum abducis: at coelestis regis sponsa, me proximè praeterita nocte conueniens, iussit, ut ab omni iniuria abstinerem, quòd ipsius sis ancilla. Eadem pollicita est, futurū ut inter nos pax componeretur, perpetuaq. nobis esset concordia. Hisce uerbis ualde illa commota dixit, qui fieri potest, ò hera, ut me indignam Virgo ancillam suam profiteri, dignata sit? Ecce nunc coeli reginae iussu perpetua pax sit inter nos; neq. ego unquam posthac quicquam faciam, quod animo tuo aduersetur. Quare maturè illinc in aliam ditionē profecta est; ubi sacra religione consecrata, se Deo, ac Virgini in piarū Virginum coenobio illic reliquam aetatem sanctè exactura, dicauit.



MIRAC. VIRG. XXXVII.

*Pacem Virgo inter honestam matronam, & mariti amicam componit; eamq. ob adulterij consuetudine seuoat.*

**S**AEpissime turpi adulterio libidinosus homo se foedabat. Illud uxor iniquè ferens, in sacello Virgini dicato ualde conquesta est, eamq. rogauit, ut dignum supplicium pellex expenderet, cuius ille cebris à se mariti animus erat abalienatus. Illi respondit Virgo, se perpeti nō posse, ut illa laederetur, quae se centies quotidie pedib. suis abiiceret. Irata uerò mulier, quod à matre non ualuit obrinere, à filio impetrari posse existimat. Sic igitur murmurans è sacello egreditur, atq. ibi ipsam pellicem forte conperit, à qua interrogata fuit, cur nā è pectore querelas effunderet, & cur moereret. Dixit irata mulier: ut dignum flagitiis tuis supplicium sumeret, Dei parentem obtestata sum; quae id mihi expressè negauit; quādo tute quotidie ante illam submissè prouoluis: futurum tamen confido, ut eius filius te ulciscatur. Id ubi audiit adultera, flens, & prostrata à muliere ueniam petit, eius pacem exposcens; & sacramento sanctissimè adfirmavit, a se nunquam eius thori iura amplius uiolatum iri. Ita q. ut maximo in periculo illi uersantur, qui nunquam boni quicquam facientes, uti Satanae mancipia in peccatis caecutientes delitescūt; ita sperandum est, se illos recepturos, qui, etsi a recta uia paululum declinarunt, in eorū tamē mentib. nunquam penitus extinctas religionis flammās uidemus. Nam  
 -sibio  
 licet



licet quaecunq. à nobis bona proficiscuntur, dum sub peccati imperio sumus, nihil ad sempiternae gloriae gradus adipiscendos afferant; ita tamen nos muniant, & parant, ut facilius à vitiis ad uirtutē, & à malo ad bonum defciscamus, & digrediamur; atq. cum Deo facillimè redeamus in gratiam. Cauendum est quidem, ne quicquam in sempiterni Dei maiestatem eiusue mandata admittamus. Quòd si postea uel nostra imbecillitate, uel Satanae astu lapsi fuerimus; nō idèò à piis operibus abstinendum est. Etenim si nos in illis exercuerimus, ad Christum redeundi desiderio accensi, in uiam rectam reuocabimur.

## MIRAC. VIRG. XXXVIII.

*Sola liberatoris nostri sacratissimi sanguinis gutta uniuersa mortalium peccata superari, ac uinci.*

**S**acerdos in quo nullum omnino religionis uestigium apparebat; & qui omnibus illis rebus destitutus erat, quas in homine sacris adstricto esse oportet, quotidie tamen Virginem Angelica salutatione centies salutatum ibat. Is in extremis laborans mente excessit; ac se ante Christi tribunal a cacodaemonibus, à quibus reus agebatur, raptum uidit. Iudex, perspecta, & cognita rei culpa, eum condemnandum esse censebat. Interim Virgo aduenit; & adtulit libros, in quibus singulae salutationes erant notatae. Ea iudicem obsecrauit, ut sibi lege agere, & iudicium iterum adipisci liceret. Repente aduersarij in mediū proferunt tabulas, in quibus ea, quae admiserat reus,



ordinatim erant perscripta. Positis in libra utriusq. partis iurib. ut omnia simul examinarentur; flagitia superabant; & maius illis pondus inerat. Id Dei mater praeuidens cum filio suppliciter ita egit: Memorare, fili, sanctissimum tuum corpus, quod pro hominum uita mortem sustulit, ex hoc virgineo sanguine fuisse procreatum; Obsecro sacratissimi tui sanguinis, quem pro mortalib. effudisti, guttam mihi condones. Laetus, ac lubens matri morem gessit; eiq. sanguinis guttam concessit, testatus, eius solius grauitate ac pondere uniuersa mortalium peccata superari, & uinci. Facto in ea re periculo, & addita preciosissimi sanguinis gutta illi librae lanci, in qua virginis libri erant; ea lanx maximo interuallo alteram depressit; leuissimamq. fauilla cacodaemonum libri leuiore uisi sunt. Tunc impij clamantes, quod ob Virginis clementiam, uires suae prosternerentur, & ipsi perpetuis catenis, ac seruituti addicerentur, abierunt. Rediit interim ad suum corpus anima; & statim sacerdos conualuit; qui deinde à mundi caducis reb. secessit ad coenobium quoddam aduolans. Duo potissimum hinc Christum nobis indicare uoluisse existimandum est; primum ut intelligamus, quam magni precij sit eius innocētissimus sanguis, pro salute nostra effusus; praeterea ut constanti spe credamus, ibi actum esse de cacodoemonum furore, & impetu, ubi nos fidissima patrona tueri, & protegere decreuit.





## MIRAC. VIRG. XXIX.

*Rusticus qui, nimia ingluvie ad rem ualde auidus erat, tandem aeternum supplicium effugit.*

**T**Am auido, & ad re atteto ingenio rusticus erat ut du praedia, & agros suos araret, semper occuparet aliquam uicini partem; & saepissime etiam agrorum terminos reuelleret. Ab illo tamen nunquam Virginis memoria discedebat; quam pie, & religiosè salutare consueuerat. Die suum obiit, & generis hominum hostes quibus explorata erat eius uita, miseri animae anxie inhiabant. Sed Angelorum praesidio statim munitus est. Aduersarij innumerabilia, & infinita poenè rustici delicta singulatim enumerauerunt ob quae ad se illius animum pertinere, absque ulla controuersia, aut iudicio, dicebant. Ipsum Angeli tuebantur, ab eo saepe Virginem salutatam fuisse, attestantes. Quare nefariae belluae his auditis sese in fugam dedere. Anima uero illa ex hostium manibus erepta infernas poenas, Christi misericordia, ob immortalia sanctissimae Virginis merita effugit. Neque uero quicumque, ea spe adductus, ut si paullulum respuerit, eius noxae dimittantur, credat sibi aliena licere rapere. etenim, quamuis Deo placuerit, secretis, & occultis eius iudicijs, ob Virginis pietatem saepe huiusmodi bonis plurimos afficere; nemo tamen in mala prolabatur, aut in ijs sit pertinax. Saepe enim euenit, ut qui plurima etiam bona fecerunt, ob unius peccati contumaciam, aeternis poenis addicti fuerint.



## MIRACVLA VIRGINIS. XL.

*Immanis sicarius, qui eo abdomadae die, qui Virgini consecratus est, ieiunare assueuerat, non potest absq. confessionis sacramento interiri.*

**N**ARRARE multis solebat doctissimus, & maximè pius uir, sua in p[ro]uincia a deo crudelè m[ul]ticarium reperit[ur] fuisse; ut ei nihil potius esset, quàm humano sanguine manus foedare. Huius in fidijs inimicorum capto obrucatum est caput. Sed cum prius peccatorum omnium confessio, & intusus dolor praecessisset, Virginis pietas, & clemètia serua ta fuit eius anima. Nam, etsi disuinctum erat caput, non poterat mori. Interim unus ex inimicis, eius rei timore percussus sacerdotem accersuit. Non audebat propius ad eum accedere sacerdos; nisi prius corpori caput coniunctum fuisset. Eo coniuncto, sanctissimae confessionis sacramenti muneri satisfactum est. Sacerdos percunctatus est à b[ea]to illo, cur minime interire potuisset. Libet enim illi miraculi ratione, & causam exposuit. Dicebat enim, cum adolescens esset, à multis accepisse, neminem unquam absq. sacramento confessionis diem suum obire posse, qui diem virgini dicat[ur], aut Mercurij diem ad ipsius Dei matris memoriam ieiunet. Addebat praeterea, & profitebatur, a se sanctum illud institut[um] ieiunandi illuc usq. nunquam fuisse intermissum. Illud est quicquid boni in toto uitae cursu ab eo act[um] fuerat. Absolutus ergo à sacerdote, Deo animam, uti credere pi[us] est, reddidit.



. M T R A C. V I R G. X L V .

*ini Diabolo, cui obruncatum fuerat caput, non potest prius emori,  
quam sacerdoti peccata sua confessus fuerit.*

**P**AUPERIS puellae paruum domum fur ingressus,  
ut aliquid auferret, cum de varijs feb. sermo  
ob incoidisset, sonitollam, licet adhuc tenebrae aera  
eis esset, ieiunare. Scisotatus est, quinam illud face-  
ret, quae respondit id a se iam obremissis, quia scie-  
bat a multis pro certo haberi, eum qui die Virginis  
consecrato ieiunasset, non posse prius emori, quam  
ex animo peccatorum omnium poenitisset. Puellae  
exemplo, & ipse illo die ieiunare instituit. Damnatus  
est ob innumerabilia delicta, & cum obruncatum esset  
caput, res distumirabilis, caput ipsum clamabat, ut  
sibi confessionis sacramentum impertiretur. Sacerdos  
te properè accito, & cum corpore capite coniuncto,  
summa virginis clementia, non sine maximo dolore,  
quoquidam dimiserat, & si late dori aperte indicauit,  
& confessus est. Quin etiam in omnium conspectu re-  
statu & in mortale illud beneficium a Virginis pie-  
tate prouenisse, cuius a dilaudè diem illum ieiunatus  
ut sibi concederetur, ne absq. Ecclesiae sacramentis  
ex hac uita migraret. Quamobrem cacodaemones,  
qui illi animae inhiabant, qui Virginis conspectum,  
& sacrosanctae confessionis uim ferre non possunt,  
illinc ad tenebrosas sedes repente diuolarunt. Ille  
uero pacta Deo prius impetrata, animam est laur.  
Eo quid peccata Haeretici, & impij opponere quas

- I M V

tene-



tenebras se splendidiſſimae ueritatis luci offundere  
poſſe exiſtimant? Adhuc ne audebunt negare, & dif-  
fiteri, uim tantam conſeſſioni ineſſe, quantam pios  
omneis fateri oportet? Hucusq; in tenebriſoſo er-  
rore latere decernunt & adhuc in fallacijs latere ſta-  
tuunt? Huic miraculo non diſſimile eſt illud, quod in  
adoleſcente euenit, qui ſaepiſſimè Virginem ſaluta-  
bat. Furto. n. admiſſo, capitis poena multatus eſt; ſed  
capit ſemper ſari, & loqui perrexit, donec illi per op-  
portuna ſacrà certà uitae ſalus, & quies allata eſt.

*MILITIA VIRG. XLII.*  
Miles, cuius membra in innumeras partes diſſecta, ac diſſi-  
pata erant, non poteſt animam effundere, antequam ſe con-  
feſſione pura expiarit.

**S**ub quodam arcis praefecto, tres fratres una eo-  
dem tempore ſtipendia gesserant. ab illo poſtea  
dimiſſi, in proximis ſiluis latentes quotidie uia-  
torib; maximum damnum afferebant. Arcis praefe-  
ctus, prouinciae illis hominib; expiandae cupidissi-  
mus, duos ex illis captos ſuſpendi iuſſit. In illo igitur,  
qui effugerat, quotidie furor creſcebat, atq; eius  
animus in uiatores fiebat immitior, qui tamè Dei in-  
ſtinctu ſaui, & indomiti animi ſui ſenſum ſacerdoti  
confeſſus eſt. Et tam nefando uitae genere illum Sa-  
cerdos abſtrahere miris modis nitebatur. At ip-  
ſe animo penitus ſtatuerat, nolle ſe prius unquam  
tundendi, rapiendi, & poſternendi finem facere;  
quam mortè fratris, praefecti illius nece ultus fuiſſet;



illumq. intēremisset uel gladio, uel sagitta. pollicētur  
quidem fuit, se quotannis integros dies quattuor ab-  
stinenter solo panis cibo, & aquae potu altum iri.  
Dies sibi illos praestituit, qui Virginis purificatio-  
nem, annunciationem, assumptionem, natiuitatēq.  
praecedunt. Id sedulo se facturum dixit, ne sibi ex  
hac uita, absq. sanctissimis ecclesiae sacramentis esset  
decedendum. Non improbandam esse eius consilij  
rationem sacerdos inquit; sed parum boni ex illo bo-  
no prouenturum, ni prius à uia mali declinasset, & ad  
frugem se recepisset. Non multo post tempore à prae-  
fecti inimici militib. captus, adeo crudeliter trucidat-  
us est, ut eius membra in parteis innumeras caesa, &  
dissecta uiderentur. Ac licet ea diminuta, & dissipata  
essent; tamen non poterat morte absumi: sed ad-  
huc semper loquebatur. Ea res incredibili admira-  
tione percussores afficiebat; quos ipse, cum nullū cae-  
dendi finem facerent, ita allocutus est: Frustrauos in  
me tela, & ferrum conuertitis. Etenim non prius ani-  
mam hanc effundam, quam sanctissimae confessionis  
muneri satisfecerim. & coelestis, mysticiq. panis cibū  
ceperim. Itaq. post sacerdotis aduentum piē, & inte-  
grē utruq. praestitit. Non praetereundum est, quod  
huic loco aptē uidetur conuenire. Aegrotus, n. de cu-  
ius salute medici desperabāt, illud unū agebat, quod  
in tanto periculo constitutos facere aequum est; ut  
Christo, & eius matri extremum illum abitum com-  
mendaret. Dum in mortis conflictu ille acriter dimi-  
caret, ab ea sibi auxilium paratum uidit, in cuius tu-  
tela est hominū genus, quae se Dei matrē apertē pro-  
fessa est. Animum ille recipiens, maxima constantia

paullū V c V

laetus



laetus mortem obiit; eiusq. misericordiam expertus est, quam ex animo maximis uotis obsecrauerat. Licet hoc perraro indicetur, & innotescat; solet tamen saepissime nobis ex hac uita migrantib. adesse Dei maximi filia, quae salutis nostrae magis studiosa est, quam nosmet ipsi. Accedit egregium militis exemplum, qui in ceteris improbissimus, mane, cum è lecto exurgebat, & uespere ante quam in somnum oculos declinaret, semper Virginem salutabat; cuius postea opera, & auxilio ex aeternae mortis periculo euasit.

## MIRAC. VIRG. XLIII.

*Dei matris, ac D. Petri precib., coenobita se mortis aeternae crimine expedit.*

**I**N coenobio D. Petro dicato quidam minus integre, & pure uitam degerat. Forte aegrotans pharmacum biberat, quam ob potionem creptis sensib. absq. sacramentis ecclesiae interijt. anima a cacodaemone tenebricosa mortis loca abrepta est. At D. Petrus, seruatorem nostrum pro miseri salute pie orabat. Ita Petrum Christus allocutus est: Iam ne, Petre, eius psalmi memoria tibi excidit, quem instinctu meo uates cecinit: Quis habitabit in tabernaculo tuo? cur summa coeli templa is ingredietur, cui nunquam cordi fuit ullum bonum, qui pertinax in peccatis callum obduxit? Interim ad Virginem Petrus confugit, uti ea miseri coenobitae causam ageret. Cum illa splendidissima ante filij conspectum prodijisset, ab ipso amatissimè interrogata est, quidnam factum opus esset. dixit



xit ipsa, se hominis illius conseruādi ualde cupidam esse. Respondit Christus; nihil sibi potius esse, quam ut carissimae matri rem gratam faceret. Ut autē ille ipsius Virginis precib. condonaretur; animam ad corpus redire iussit; uti, cum monachum peccatorum suorum prius poenituisset, tandem uitae sempiternae felicitate perfrueretur. De ea re ab ipsa lucidissima coeli stella, Petrus certior factus, immēsa clauis, quam gestare solet, cacodaemones tundens, illos expulit; uindicatāq. ab illorum potestate animam illam Angelis commisit. E morte suscitatus monachus haec omnia, uti euenierant, omnib. palam aperuit.

## MIRAC. VIRG. XLIII.

*Pium monachum, à quo summa ueneratione, & mirifica animi attentione obsecrari solita erat, Virgo osculatur.*

**I**N Hispania priuati, & litterarū imperiti monachi, quib. nulla sacerdotij dignitas delata erat, adeo spectata uita, & sanctis morib. excelebant; ut illi, qui sacerdotes erant, in ipsis tanquam in speculo se contemplarentur. Horum unus animi erga Virginem ita studiosi erat; ut, dum in templis hymnos caneret, non modò in singulis uerbis, sed etiam in syllabis, & elementis quibusq. insistens alta mēte repeteret Virginis memoriam. In sanctissima, & laudib. digna consuetudine totum decennium perrexit sanctus uir, ab honesto instituto ne transuersum quidem digitum unquam recedens. Tandem ille morbo laborare incepit; ad quem praefectus monachum misit, qui in ijs, quae



quæ ad morbum expellendum pertinent; nequæquæ  
 deesset. Quia uerò ille sciebat, hunc coenobitā ma-  
 ximā sãctitate excellere, ut se aliquid edoceret, quod  
 ad melius uitam instituendam iuuaret, ualde obte-  
 stabatur. Dixit pius uir, proximè præterito die se  
 plurima salute à summi regis sponsa impertitū fuisse;  
 quæ futurum prædixit, ut septimo die post hinc ad  
 coelum demigraret, testatus est præterea, se ab ea-  
 dem antiùs collo sanctissimis brachijs amplexū, oscu-  
 lum tulisse. præstituto die, qui ab eo septimus erat,  
 ex humanis opus erat excedere. Dum in extremis la-  
 boraret, præfectus, qui dormiebat, uisus est candi-  
 datorum maximā lucem uidere, qui se aduenisse di-  
 cebant, ut aegroti animam ad coelum comitarentur.  
 ostium cubilis ex templo crepere & pultari uisum est.  
 Itaq. confurgens, nemine reperto, pro certo habuit,  
 illuc celestis descendisse, ut Virginis clientem se-  
 cum deducerent.

## MIRAC. VIRG. XLV.

*Dum in extremis laborant mortales, quomodo ab eis Vir-  
 ginis auxilium sit implorandum.*

**V**iginti annos Deo monachus inserviuerat, qui  
 in extremo uitæ periculo, constitutus ma-  
 ximam cæcodaemonum turbā, ut animam  
 eriperent, ad se uenientem uidit. Quare flebili uoce  
 conqueri ita incepit: Vae mihi, qui unquam huic re-  
 ligioni nomen dederim, melius mihi cōsultum esset,  
 si nunquam à parentib. fuisset procreatus. Accurre-  
 runt



rūt illuc omnes monaci, & pro illius salute apud Deū uota suscipiebant; ut misero sana mens restitueretur. Ille, qui adfistebat, ipsum amanter ita compellauit: Hem, cur ita cōquereris, cur ita mortem exhorrescis? non ne tibi semper uita probè acta est? non ne à nobis semper integer habitus es? Haec igitur, quae à me dicuntur, sincera mente enuncia: Maria, mater gratiae, mater misericordiae tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Id libenter aegrotus fecerat, cum statim gaudio exsultans dicere incepit, ò me fortunatum, qui huic religioni me adstrinxerim. ò me felicem, cui in hanc lucem prodire contigit. Tam repētinae animi mutationis causam ceteri omnes perscrutabantur. At ipse inquit, tunc, cum moestas è peccatore querelas effunderet, auidissimis cacodaemonibus se fuisse conseptum, qui animae inhabant. Sed postquā sanctissima illa precatio exaudita est; statim aduenisse dicebat misericordiae reginā; cuius aduentu immanes belluae dispersae fuerunt. Interim laetum ad conuiuū ipse uocatus statim laetè animā efflauit. Cur igitur, mortales, cum Virginem precamur, si, ut aequum est, animis non adsumus, dum singuli hymni recensentur; saltem aurea haec uerba attentiùs non dicimus, aut diligentius nō expendimus? Non. n. absque maxima ratione, Romanae ecclesiae ritu, & instituto, in extrema Angelicae salutationis parte coeli reginam implorare solemus, ut in extremo uitae curriculo nos protegat. Nequeunt unquam ferenti eius uultus solem intueri cacodaemones; sed, dum maximè ad rapiendas hominum animas attentissimi sunt, diuinae eius lucis radijs uicti effugiunt. Itaq.

Maria



Maria mater gratiae, mater misericordiae, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

MIRAC. VIRG. XLVI.

*is, qui uel solam noxiam, fraudantes confessionis sacramentum, celauerint, non posse ad coelum aditum patere; si ita pertinaces è uita excefferint.*

**V**IR, cuius erga Virginem mirifica erat obseruantia, inauditum crimen commiserat: quod, ob nimiam turpitudinem sacerdoti fateri, subpudebat. Post aliquot dies animi conscientia percitus illud aeterno Deo cui omnia aperta sunt flets confessus est; & ita locutus est: Immortalis rex quod ego erubescens peccatum celauit, nunc tibi uni confiteor; fac eius ueniam, per misericordiam tuam impetrem, ut tandem tuo afflatu ductus resipiscam, & ad me redeam. Dum haec animo secum ipse deputaret, & iam confessionis causa sacerdotem adiret. illis se obuiam dedit Satan, sacerdotis imaginem gerens; ac sciscitatus est, quidnam solus meditaretur. Rem ipse, & consilium suum aperuit. Miserum uero sub falsa forma acerbis hostis decipiens, illi edixit, & auctor fuit, ne cuiquam illud peccatum fateretur, & pro certo haberet, sibi eius ueniam datam fuisse. Improbis consilio fraudem inesse nesciens, eius dicto uir incautus, & Satanae technarum ignarus obtemperat. Post eius mortem inter Angelos, & cacodaemones, de illius anima controuersia erat. Ea nitebantur ratione impij, quia immutabili supremi regis sententia sanc-



tum est, ut qualis moriens quis reperitur, talis, & eo in statu iudicetur. Itaq. animam illius sibi addictam esse dicebant; qui mortis tempore in mortali culpa deprehensus esset; & secum illam abstraherent. Sed Virgo in ipso prope infernarum aedium limine, cum nondum illi introissent, scelestos comprehendit; quibus per tremendum iudicij diem iussit, ut nulla interposita mora, animam corpori suo reponerent; ut crimine illo, quod ipsorum fallacis, & dolo tectum fuerat, sacerdoti edito, ille seruetur. Ex hoc & alijs innumerabilibus in manifesto est, nemini, qui uel solius noxae, aut peccati doloso silentio, confessionem fraudauerit, ad coelum aditum patere. At si qua pietate quis dignus fuerit, eum semper fuisse uitae restitutum: ut quod abscondisset, aperte proferret. Videant nunc haeretici, quam impiè, quam sceleratè, quam impudenter faciunt; quos non pudet dubitare, de huius potentissimi sacramenti ui, ac summa potestate: qui nodum in scripto quaerere non uerentur.

## MIRAC. VIRG. XLVII.

*Sibi addicti clerici adolescentis cadaver, misericordiae parens in sacro loco humanandum iubet; cum prius in profano sepulchro sepulchrum esset.*

**T**Ametsi clericus ea dignitate, in qua constitutus erat, indignam uitam agebat; & pessimè audiebat; tamen Virgini mirificum honorè semper tribuebat, eiusque nomen sanctissimè uerebatur, eandem saepe plurima salute piè impertiens. Is

ab



ab inimicis ob sua flagitia trucidatus, indignus uisus est christiana sepultura; eumq. in sacro loco sepelire recusauit uicinia sacerdos. Post eius obitum triginta dies praeterierant, cum Virgo de sacerdote, à quo christiana sepultura uetita fuerat, quaesiuisset; cur tam iniquè cum cliente suo fidissimo egisset. Quinetiam iussit, ut in sacro, & religioso loco eius cadauer poneret. Ea re cum multis priùs communicata sacerdos ad eum locum contendit, in quo iacebat cadauer. Ibi in eius ore purpureum florè reperit, & linguam adhuc puram, & integram: tametsi iam triginta dies in sepulchro corpus abditum fuisset. Id factum fuisse omnes conijciebant, quia ex illius ore saepè Virginis saluatio proficiscebatur. Itaq. illinc cadauer honestissima pompa elatum, & mutato solo, in sacro loco conditum est; Virginiq. ab omnib. ob tantam pietatem maximae gratiae actae sunt.

MIRAC. VIRG. XLVIII.

*Dat operam Virgo, ne Diaconus christiana sepultura careat.*

**T**emplo Virgini dicato inseruiebat monachus Diaconus, eius cultui maximè deditus; sed ingenio nimis iracundo, & ad excandescendum facili erat. Iracundia forte ita exarsit, ut illo impetu inimicis quibusdam sauciatis, ab illis postea telo traiectus, letali uulnere conciderit. Id cum ad ciuitatis Antistitem fuisset delatum, grauiter illud factum accusauit; quòd ille ultrò in mortem erupisset. Prohibuit igitur, ne intra coenobium, nec in coenobitarum sepulchro



sepulchro sepeliretur. Antistitem Virgo noctu com-  
periens, ualde conqueſta eſt, ob illatā Diacono iniu-  
riam; iuſſitq; , ut illius corpus inter aliorū monachorū  
cadauera honeſtè ſepeliendum curaret. Quòd ſi man-  
data illa ſpreuiſſet, nec eius Diaconi curam geſſiſſet,  
à quo obſeruari & coli ſolebat, dignas poenas expen-  
ſum iri monebat. Mane Episcopus, ſacerdotum con-  
cilio celeriter conuocato, quae in ſomnis acciderant,  
expoſuit, & eius iuſſu illius corpus piè intra coenobij  
ſacrata ſepta piè reconditum eſt.

## MIRAC. VIRG. XLIX.

*Mira uocis dulcedine, adoleſcens Virginis laudes canebat;  
cùm à Iudaeis necatur, at ipſa eum repente exſuſcitatur.*

**F**Requenter quodam in templo uerba illa decan-  
tabantur, GAVDE Maria, unā cum illo  
uerſiculo, ERVBESCAT Iudaeus: Iuſ-  
ſum fuit adoleſcenti, qui uocis dulcedine, & ſuaui-  
tate excellēbat, ut illum hūmū caneret. Forte illac tran-  
ſiere Haebraei, qui ad uineas ibi proximas, animi gra-  
tia, ſecedebant. Illi ira perciti, & acerbum odium  
contra adoleſcentem ſtatim concipientes, blandis, &  
phaleratis dictis ſecum illū ad uineas perduxere; ubi  
incautum poſtea interimerūt. Poſt impiorum abitum,  
à Virgine, cui laudes canebat, exſuſcitatus eſt: eiq; il-  
la edixit, ut ſe animo poſtea conſtantius obfirmaret,  
& coram omnib. palam, & aperte praedicaret eaſdē  
laudes. Quod ipſe & crebrius multò, & ſuauiori con-  
centu facere perrexit, ab inſtituto ſuo minimè rece-  
dens.



dens. Tandem illum audientes, ac uidentes iidem  
Hebraei, tanto miraculo aperte perspecto, se Christo  
dediderunt, ad gloriam Virginis sempiternam, & per  
petuum decus.

*MIRAC. VIRG. L.*  
*Saetimoniam Virgo à purgatorij poenis liberat.*

**A** Etatem in uirginū coenobio Virgo degebat,  
adeo spectatis morib. praestās, ut ieiunijs,  
precationib., sanctissimisq. dictis, & factis  
immortali sponso Christo, Virginiq. sanctissimae sum-  
mè placere niteretur; & in eam rem omne studiū po-  
neret. Videns Satan, nunquam ad pia purae mulie-  
ris consilia, fallacijs suis aditum patere potuisse; frau-  
dulentum ingenium coepit intendere, & obnixè co-  
nari, ut Dei maximi mandata, quae constanti mente  
tenebat; sperneret; & se illa uirginitate spoliaret, quā  
animo, & corpore puram, & intactam semper conser-  
uauerat. Saelesti instinctu lapsa est; & amissa uirgini-  
tate, moerore conficiebatur, eamq. peccatū illud, quo  
sponsū Christum, puritatisq. reginam, grauissimè  
laeserat, remordebat. Quinetiam saepè probri illius  
foeditatē acerbissimè detestabatur. Interim ad prae-  
fectae genua lacrymans misera accidit, eamq. suppli-  
cib. uerbis obsecrauit; ut quod uellet supplicium de-  
se illa sumeret; ad quascunq. poenas luendas pro ad-  
misso crimine se laetè, ac libenter paratam dicens. At  
pia, & clemens praefecta, benignè cum illa agēs, iussit,  
ut animum quā maximè poenitētē Deo offerret;

& ob

omino



& ob culpam illam per aliquot dies intus caperet  
dolorē. sed misera prius è uita discessit, quàm potuif-  
set illud, quod iussum fuerat, praestare. Post obitum,  
ut assumpta labes deleteretur, Dei nutu, ad purgatorij  
poenas amandata est, ut illic se expiaret. Noctu, cum  
se in praefectae conspectum dedisset, ab illa interro-  
gata est, ad coelum ne recta euolasset, an perferret ali-  
quas poenas. Respondit illa, se torrentib. flammis  
exarescere, poenasq. perferendas esse, donec concre-  
tam labem abiecisset: neq. se amplius inter consecra-  
tas Virgines connumerari, quando Deo dicata uirgi-  
nitas, sibi fuerat erepta. Monuit tamen, supplicia illa  
breuia futura. Nam se ab illa inuisi dixit, quae mor-  
taleis in lucem extollit, quā ubi agnouit, se obsecras-  
se, & suppliciter orasse dixit, ut sui pie miseresceret,  
& ad memoriam reduceret, quā castè, & sanctè  
à se culta, & obseruata semper fuisset. Pietatis pa-  
rentem ita secum locutam fuisse, testata est: Posthac  
tibi, ò filia, ero propitia; nec illis poenis diutiùs affli-  
ctaberis, quib. digna es, quia à filio, & à me digressa  
fueras, fracto sanctissimo foedere, quo te nobis Virgi-  
nem despõderas. equidem ualde tibi irata eram, qui-  
cunq. n. filium meum laedit, grauisimam mihi iniu-  
riam infert. Sed quia me saepè salutabas; ac mihi fin-  
cerè, & integre seruiebas; futurum scito, ut aeterna fe-  
licitate perfruaris. Soleo ego illis semper adesse, &  
ab eis quaecunq. corporis, & animae pericula propel-  
lere, qui me sibi aduocant. His expositis ipsam praefec-  
tam hortata est, ut sanctissimae, & optimae Dei pa-  
renti summè placere niteretur, ut eius precib. à filio  
tandem pacem, ac uitae aeternitatē impetraret. Haec  
omnia.



omnia, uti uiderat, audiueratq. ceteris sanctimonia-  
lib. praefecta narrauit: easq. omneis rogauit, ut ad  
Virginem sancte, augusteq. colendum animos adij-  
cerent:

*MIRAC. VIRG. LI.*

*A pio uiro centum Angelicarum salutationum corona ca-  
stitatis Reginae connectitur.*

**V**IR nobilissimus, cuius uxor in Virginis si-  
dem, & clientelam se dederat, cum nullos  
haberet liberos, Deum suppliciter obtesta-  
tus est, ut prolis dulcia praemia nosse sibi liceret. Voti  
compos factus natus ad christianam disciplinam, &  
ad pios mores erudiuit, atq. instituit. Iam ex infantia  
filius excefferat, qui, cum ab alijs pueris saepe florib.,  
& rosasserta contexi uideret, & ipse idē facere, illisq.  
maxima pietate cuiusdam Virginis simulachri frontē<sup>o</sup>  
exornare, neq. ullum unquam diem intermittere.  
Iam natu grandior factus erat; cum parentes ut con-  
nubio iungeretur, ualde cupiebant. At ipse, qui Deo,  
eiusq. filiae illibatae, se uirginitatis puritatem sartam  
tectam integramq. seruaturum promiserat, in coeno-  
bium migravit, ubi quotidie magis, magisq. in diuini  
cultus obseruantia proficiens, firmiora christiani ani-  
mi iaciebat fundamenta. Praeterea tum quia in illo  
habitu, & aetate non decebat, tum quia rosae, & flo-  
res propter hyemis tempus non proueniebāt, nō sine  
maximo eius dolore, institutum intermitteri oportuit.  
Itaq. statim aliud iniuit consilium. Centum. n. An-  
gelicis

gelicis



gelicis salutationib. florum uice utens, roseas ac floridas corollas quotidie componere pergebat. Factus cuiusdam coenobij praefectus, eius causa peregrè proficiscens, obliuione diem unum piam consuetudinem intermisit. Dum per remotissimam, & ingentem siluam iter haberet, ex equo defiliens à ceteris paullo longiùs digressus, Virginem salutatam iuit, uti cõsueuerat. repente è latebris latro erumpit, qui monaco precationi dedito equum res omneis, & uitam ipsam eripere decreuerat. Iam uerò de illo actum fuisset, ni Virginis pietas imminens periculum propulisset. Latro. n. in ipsum telum conuertèrat, ut incautum occideret; sed statim formosissimus puer obuiam se dedit; qui è monaci ore rosas. prodeũteis colligēs, centũ rosarũ corona cõtexta, eaq. capiti imposta in coelum conscendit. Id uidēs latro ad praefecti pedes se abiectiēs eius pacē exposcebat, quae de illo puero, accidèrant, quaeq. ipse uiderat singularim exponēs. Quin etiam latro, religioni, & coenobio nomine dato, ad frugem animum applicans, pie, sanctè, & integre reliquam aetatem degit.

## MIRAC. VIRG. L II.

*Virgine adiutrice iuuenis ex aeternae mortis supplicio elabitur.*

**I**uuenis clericus, etsi in omne uitiorum genus prolabebatur; quotidie tamen praescriptis ac dispersitis horis Virginis laudes ordinatim recēsebat. Fortè annem tranabat, ut foedam libidinē expleret.

Matutinae

Matutinae



Matutinae precatationis muneri minimè satisfactū sentiens, sedulo illi rei operā dare incipit. Vix ea uerba recitauerat, AVE MARIA, cum fluminis impetu abreptus est. Neq. uerò ipse, dum aquis immergeretur, ab incepta precatatione, donec sibi anima fuit, destitit. ipso interempto cacodaemones animam abstraxere. Huic Virgo aduocata ueniens, à filio impetrauit, ut ante eius conspectum de ea rei iudiciū esset. Quinetiam pro cliente causam uehementer agere, pro illo dicere; atq. ita filium alloqui; Tu, fili, hominib. sanctissimè pollicitus es; ubi illos morienteis compereris, ibi iudicium habiturum. Quòd si istius uita minus purè acta est; tamen eius finem laudum mearum praedicatione conclusit. Fas igitur est, ut per te misero clienti pacem impetrem; eumq. tu propitiatus serues. Quòd si aduersarios, quae à me dicuntur, nò pudet diffiteri, uerum ipsum explorent, & eius os aperiant. Ea re facta, Angelicae salutationis uerba AVE MARIA aureis litteris inscripta in ore, & lingua reperta sunt. Ab anima impij statim auulsi sunt; quam iustissimus iudex ad corpus redire iussit, ut ab illis errorib., quib. se prius adstrinxerat, desciscēs, sacerdos ad honestum uitae genus se reuocaret. quod factū est.

## MIRAC. VIRG. LIII.

*Quanta dulcedine Mariae Virginis sacratissimae nomen sit conspersum.*

**C**Oloniae in ciuitate apud D. Seuerini, in solitudine uitam pius uir agebat; ad quē saepe illius ciuitatis

Y uuitatis



uitatis matronae, atq. alij confuebant, eius precationib. maximum pondus inesse, pro certo haberes. Sanctissimis eius hortationib. ac dictis omnes audientes, quicquid ab ipso mandabatur, sedulo curabant. Fortè illum optima mulier adiuit, quae palà confessa est, sibi, quotiescunq. sanctissimae Virginis nomen memorabat, aut de ea loquebatur, consueuisse os respergi suauitate melle dulcioni. Quinquies. n. ipsa quotidie Angelicae salutationis uerbis salutem Virgini dicebat. Itaq. coelestis reginae mansuetudine tam immortalis beneficio afficiebatur; ut, dum eam salutaret, admirabili dulcedine sibi os repletur. Totā hebdomadam sanctus uir, piā matronā imitatus, idē facere perrexit; cui mellis liquores jucundo linguae sensu in ore tractari uisi sunt. Quid aliud autē praeter mirabilem suauitatem, & exquisitā dulcedinem ē Virginis, & filij dulcissimo nomine manare, aut fluere potest? At illud non praeterendum est; quo tempore nobis cacodaemon bellum indicit, nullo nos armorum genere contra tam grauem aduersarium firmius muniri posse, ut uictus ac fusus abeat, quā, si Virginis sacratissimae & liberatoris nostri nomen ad memoriam redigamus; & utriusq. sanctissimam uitam; atq. praeclearissima acta contemplemur; animoq. diligenter expendamus.



MIRAC. VIRG. I I  
 MI-  
 Y



*MIRAC. VIRG. LIIII.*  
*Dei clementissima parens ab aeternis poenis mulierem, do-*  
*mito cacodaemonum furore, eripit.*

**M**ulier, cuius uita parum honesta prius fuerat, in eo tamen laudem maximam merebatur, quia quotidie mira animi submissione Virginem salutatum ibat. Illud unum deinde boni ab eadem prouenerat; quod Virgini consecrato die semel tantum a deius memoriam sanctè colendam, à sacerdote rem diuinam faciendam curauerat. Ad uitae exitum uocata, hunc cum sacratissima Virgine sermonem habuit: Pietatis mater, misericordiae tutum per- fugium, etsi nihil unquam in tota aetate piū, aut bo- num à me profectum est; te tamen in me supplicem, & ante sanctissimos tuos pedes abiectam misericordia usuram confido. Interim eam oritur; cuius animam quāuis eripere cacodaemones statuisserint, non tamen, uti aggressi fuerant, successit. Eam. n. uti sibi addictā secum regina coeli abduxit. Conquerebantur ad- uersarij, se suo fraudatos. At ipsa Virgo respondit, nullum impijs in ea muliere ius esse, cui mos fuerat Angelicae salutationi operam dare, & quae se, dum animam efflaret, Dei matri commendarat. Ad non illi diffitebantur; sed ad eò graueis illius culpas esse cla- mabant, ut tam paruo bono rependi minimè possent. Eorum argumenta ab ea, quae hominum generis par- teis agit, refellebantur. Etenim sacrosancta obfirma- tione ipsa testabatur, nunquam aeternis poenis dan-

-omino

Y 2 natum



natum iri quenquam, cuius ad se colendā aliqua ani-  
mi propensio fuisset. Id scelesti audientes, qui malè  
lucem oderant, è praeclarissimi luminis aspectu re-  
pentè auulsi ad inferas, & tenebricosas regiones effu-  
gerunt.

## MIRAC. VIRG. LV. IV

*Augustissimum Mariae nomen aurib. cacodaemones ne-  
queunt excipere.*

**S**Ecesserat à fragilium, caducarum, mortaliumq.  
rerum cogitatione casta, & pudica mulier; quā  
diù falsa imagine impius omnium bonorum ho-  
stis elusit. Ille. n. coelestis ministri formam gerens, fi-  
ctoq. ac mentito splendore collucens saepius amice  
simplicem alloqui, & cum ea longos sanè sermones  
habere. Interrogata ipsa à pio, & integro sacerdote,  
uti se haberet; respondit, praeclarè, & feliciter secum  
agi, cui quotidie ab Angelo plurima salus diceretur;  
à quo saepe occulta coelestia expromebātur. Prudēs  
sacerdos, qui sciebat à tenebrōsis Angelis quandoq.  
Angelorum lucis imaginem capi, illam amanter mo-  
nuit, ut si amplius ab illo inuiseretur, diligenter ue-  
rum exploraret. Docuit eo tempore, quo se in con-  
spectum Angelus dabat, Deum obsecrādum, ut eo-  
dem momento Virginem sanctissimam propriis ocu-  
lis aspicere liceret. Purissimam Dei matrem si uidere  
contigisset, edixit mulieri, ut ad eius pedes submissè  
conclideret; ac si ea in cōspectu sisteret, se uerè ab An-  
gelo salutari pro certo habendū. quòd si regina nihil

commo-



commotans abijisset, nō dubium esse testabatur, quāsi  
 cacodaemon mulierem in fraudem inijceret. quod  
 à sacerdote iussū fuerat praestitit, cū statim impius  
 clamare coepit, praesentia sua satis esse, neq. Virgine  
 esse exposcendam. Verū dum ipsa ualde etiam, atq.  
 etiam summi regis filiam imploraret, obuiam se de-  
 dit candida puella; ad cuius pedes repente prostrata  
 mulier illis uerbis AVE MARIA, eam saluta-  
 uit. Id ubi factum est, statim ficta, & inanis Satanae  
 imago, quae miris mulieris ludos tam diu dederat, uo-  
 luci somno simillima effugit. Ea res tantum mulieri  
 terrore incussit, ut infania percita, uix intra annū ad  
 se redierit. Quis igitur praeclarè non intelligit, quans-  
 ta in sanctissimo Mariae nomine uis sita sit; quo proster-  
 nuntur cacodaemones; Angeli uerò, ac coelestes ex-  
 sultant?

*MIRAC. VIRG. LVII.*  
*Sanctissimis hisce uerbis, AVE MARIA, cacodae-*  
*mones in fugam conijci.*

**I**N ditone Coloniensi sacerdos, cui nomen erat  
 Petrus, desperatione percitus se laqueo suspen-  
 dit. Eius concubina, qua cum diu non sine maxi-  
 mo flagitio consueuerat, quae Adeleides nominaba-  
 tur, terribilis rei spectaculo perterrita, piarum sancti-  
 monialium religione se obligauit. Ibi purè uitā agēs,  
 cacodaemonem iuuenis formam habentem conspe-  
 xit. Eam ille in terram prosternere, atq. arripere ni-  
 xus est; quae metu exanimata cecidit. comites ipsam  
 in lecto collocant; & dum paullum se recepisset, iterū

ille-



illecebris, & blanditijs ab hoste sollicitatur, & attentatur: confectis dolis animum ad illud uitae genus, in quo meralibido occlusa erat, ea reduci minimè patebatur. Ille autem hunc sermonem habere institit: Proba Adeldides, quae cumq; sollicitudinem, quae te ex cruciet, ommitte; & animum induc, mihi morem gerere. Honestum, uirum, diuitem, & nobilem tibi parabo. Ecquid infelix in paupere Virginum coenobio fame perire statuis? Cur te hic inedia, aerumnis, totq; molestijs, & incommodis is perditum? Iam iterum delicijs mundi diffue; nec te illis reb. fraudes, quas ad hominum commoda creauit Deus. Me duce, & auspice nihil tibi inquam deerit. perpetua mihi tecum semper erit amicitia. Ipsa tunc constanti animo inquit, non modò non tibi obsequi statuo, nefarie hostis, sed me ualde piget, ac pudet; quòd tuis dolis me in fraudem induci tanta meae cum iactura, ac periculo passa fuerim. Abi impie, abi scelerate; grauissimū fin inter nos bellum. His auditis se illudum caecodæmon persensit; qui iccirco miseram noctes, diesq; torquere nunquam desinebat. Itaq; sanctimonialis intimaesuae consilio freta, sacrae asperfusionis uasculum propè lectum habere coepit; quae dum hostis adsperebatur, statim fusus abibat; sed continuo etiam redibat. Tunc alia sanctimonialis aetate exactiori, & grauiorū iudicio praedita ipsam mouit; ut quò saepius, aut propius scelestus accedebat, eò crebrius, & altiori uoce salutationem Angelicam enunciare assuefeceret. Id ubi mulier Deo cōsecrata fecit, illineturpissimum monstrum repente; uento simillimum disiectū est; neq; ad eam amplius conuenit.

Finis Libri Secundi.



MARIAE  
VIRGINIS  
SACRATISS.  
MIRACVLORYM  
LIBER TERTIVS.

AD  
HONOREM VENERABILIS COLLEGII  
Paderbornensis

AD  
GALEATVM BRVGORAM  
Scissorem Mediolanen.



MEDIOLANI  
Apud Paderbornensem Paderbornam  
MDCLXXIII.



